etiam in castris uentitaret. Hi qui pro portis castroꝝ
in statione erant / Cesari nũctiauerũt puluerem maiorē
q̃ consuetudo ferret in ea pte uideri quam in pte legio
interfecisset. Cesar id quod erat suspicatus aliq̃ noui
a barbaris initum consilij cohortes q; in stationibus
erant secum in eam ptem proficisci ex reliquis duas in sta
tionem cohortes succedere reliquas armari et cõfestĩ
se se subsequi iussit. Cum paulo Longius a castris p
cessisset suos ab hostibus premi atq; egre sustinẽ.
et conferta Legione ex omnibus partib; tela conijci
aĩaduertit. Nam quod omi ex reliquis partibus dmesso
frumto pars una erat reliqua suspicati hostes huc nr̃os
ẽẽ uenturos noctu in siluas delituerant. Tũc disper
sos dispositis armis in metendo occupatos subito ador
ti paucis interfectis reliquos incertos ordinibus pturba
uerant. simul equitatu atq; hessedibus circumdederãt.
Genus hoc est hessedis pugne pmo p omes partes pere
quitant et tela coniciunt / atq; ipo terrore equorũ
et strepitu rotarum ordines plerumq; pturbant.
et cum se inter equitum turmas insinuauerint hessedis
desiliunt et prelijs prehantur Aurige interim paulati
ex prelio excedunt atq; ita currus collocant ut

si illi amultitudine hostium premantur expeditum ad suos receptum habeant. Ita mobilitatem equitum stabilitatem peditum inpreliis prestant ac tantum usu cotidiano et exercitatione efficiunt ut declivi ac precipiti loco incitatos equos substinere et brevi moderari ac flectere et per temonem percurrere et in iugo insistere ut se inde in currus citissime recipere consueverunt. Quibus rebus perturbatis nostris novitate tempore oportunissimo Caesar auxilium tulit. Namque eius uentu hostes constiterunt nostri se ex timore receperunt. quo facto ad lacessendum et ad comittendum prelium alienum esse tempus arbitratus suo se loco continuit et brevi tempore intermisso in castra legiones reduxit. Dum hec geruntur nostris omnibus occupatis qui erant in agris reliqui discesserunt. Secutae sunt continuo complures dies tempestatesque et nostros in castris continerent et hostem a pugna prohiberent. Interim barbari nuncios in omnes partes dimiserunt paucitatemque nostrorum militum suis predicaverunt et quanta prede faciende atque inperpetuum sui liberandi facultas daretur. Si romanos castris expulissent. Et demonstraverant his rebus celeriter magna multitudine peditatus equitatusque cohacta ad castra venerunt. Cesar et si idem quod superioribus diebus acciderat fore videbat. et si tenent hostes pulsi celeritate periculum effugerent. tamen nactus equites circiter xxx. quos Comius attrebas de quo ante dictum est secum transportaverat Legiones

macie procastris constituit Cōmisso prelio diutius nostrorum militum impetum hostes ferre nō potuerunt ac tergo uerterunt. Quos tanto spatio secuti quantum cursu et uiribus efficere potuerunt. Complures ex his occiderunt. Deinde omnibus longe lateque edificiis incensis se incastra receperūt.

Eodem die legati ab hostibus missi ad Cesarem de pace uenerunt. His Cesar numerum obsidum quem ante imperauerat duplicauit eosque incontinentem adduci iussit quod propinqua die equinocii infirmis nauibus hiemis nauigationem subeundum non existimabat. Ipse idoneam tempestatem nactus paulo post mediam noctem naues soluit. que omnes incolumes ad continētem peruenerunt. Sed ex his onerarie due eosdem quos relique portus caperē nō potuerunt et paulo infra delate sunt quibus ex nauibus cum essent expositi milites circiter trecenti atque incastra contenderunt. Morini quos Cesar inbritaniam proficiscēs pacatos reliquerat spe prede adducti. Primo nō ita magno suorum numero circumsteterunt ac si sese interfici nollēt arma ponerē iusserunt. cum illi orbe facto sese defenderēt celeriter ad clamorem hominum circiter milia sex conuenerūt.

Qua re nūctiata cesar omnem ex castris equitatum suis auxilio misit. Interim nr̄i milites impetum hostium substinuerunt. atque horis amplius quatuor fortissime pugnauerūt ac paucis uulneribus acceptis complures ex his occiderunt. Postea uero quam equitatus nr̄ inconspectum uenit hostes abiectis armis terga uerterunt. Magnusque eorū nu

merus est occisus. Cesar vero postero die Titum labienū legatum cum his legionibus quas ex britannia reduxerat in marinos qui rebellionem fecerint misit. qui cum propter siccitates paludum quo se reciperent non haberent quo superiore anno semper fuerant nisi fere omnes in potestatem Labieni pervenerunt. At Q. Titurius et Lucius cocta legati qui menapiorum fines legiones duxerant omnibus eorum agris uastatis frumentis succisis edificiis incensis. quod Menapii omnes se in densissimas siluas abdiderant se ad cesarem receperunt. Cesar se in belgis omnium legionū hiberna constituit. Eo due omnino ciuitates ex britannia obsides miserunt reliquae neglexerunt his rebus gestis ex litteris cesaris dierum xx. supplicatio a senatu decreta est.

CAI CAESARIS IMPERATORIS COMENTARIORUM BELLI GALLICI QUARTUS LIBER EXPLICIT. INCIPIT QUINTUS.

LVCIO Domicio Appio Claudio consulibus discedens ab hybernis Cesar in italiam ut quot annis facere consueverat. Legatis imperat quos legionibus prefecerat uti quam plurimas possent hyeme naves edificandas ueteresque reficiendas curarent. earum modum formamque demonstrat ad celeritatem onerandi subductionesque paulo facit humiliores quam quibus in nostro mari uti consuevimus. Atque ideo propter quod magis crebras commutationes

estuum minus magnos ibi fluctus fieri cognouerat ad o
onera ad multitudinem iumentorum transportam pa
ulo latiores q̄ quibus in reliquis utimur maribus. Has
omēs actuarias imperat fieri. Quam ad rem multum humi
litas ad iuuat. ea que sunt ad armandas naues ex his
pania apportari iubet. Ipē conuentibus citerioris gal
lie peractis i illiricum proficiscitur quod a pirustis
finitimam partem prouincie in cursionibus uastari au
debat eo cum uenisset ciuitatibus milites imperat
certumq̧ in locum conuenire iubet. Quare nūcia
ta piruste legatos ad eum mittunt. qui doceant ni
hil earum rerum publicam factum consilio sese para
tos demonstrant omnibus rōnibus de iniuriis satisfa
cere p cepta orōne eorum. Cesar obsides imperat
eosq̧ ad certam diem adduci iubet. ita nisi fece
rint se se bello p ciuitatem p secuturum demōstrat.
His ad diem adductis ut imperauerat arbitros
inter ciuitates dat. qui litem existiment penamq̧
constituant. His confectis rebus cōuentibusq̧ p
actis in citeriorem galliam reuertitur atq̧ inde
ad exercitum proficiscitur. Eo cum uenisset cir
cuitis omnibus hybernis singulari militum studio
i summa omnium rerum inopia circiter sexcentas
esse gnās cui' supra demonstrauim' ēē naues et
longas .xxviii. in uenit instructas neq̧ abēē multum
ab eo quin paucis diebus ad educi possent. collaudatis

militibus. atq; his qui negocio prefuerant quod fieri uelit
ostendit. atq; omes adportum itium conuenire iubet et
exportu comodissimum inbritaniam tra(ie)ctum ee cogno
uerat circiter milium passuum XXX transmissum
a continenti huic rei quod satis esse uisum est militu
reliquit. Ipse cum legionibus expeditis IIII (et) equitibus
CCC infines treuirorum proficiscitur quod hi neq;
ad concilia ueniebant neq; imperio parebant germa
nos et transrhenanos sollicitare dicebantur. Hec ci
uitas longe plurimum totius gallie equitatu ualet
magnasq; habet copias peditum. Rhenumq; ut supra
demonstrauimus tangit in ea ciuitate duo depnci
patu interse contendebant. Induciomarus Cingento
rigix equibus alter simul atq; decesaris legionumq;
aduentu cognitum est ad eum uenit se suosq; omes
in officio futuros neq; ab amicitia po ro defectu
ros confirmauit. Queq; intreuiris gererentur os
dit. atq; induciomarus equitatum peditatumq;
cogere. Hisq; qui per etatem inarmis esse no pote
rant insiluam arduenam abditis qui ingenti ma
gnitudine p medios fines treuirorum flumine rhe
no ad initium rhemorum ptinet bellum parare
instituit. Sed posteaq; no nulli pncipes ex ea
ciuitate et familiaritate cingentorigis adducti
et aduentu nri exercitus perteriti ad Cesarem
uenerunt et de suis puatis rebus ab eo petere

ceperunt quoniam ciuitati consulere nō posset ueritus
ne ab omnibus desereretur. Indutiomarus ad Cesarem
Legatos mittit sese id circo absius discedere ac ad
eum uenire uoluisse quo facilius ciuitatem in offi
cio contineret ne omis nobilitatis discessu plebis
pp imprudētiam laberetur. Itaque ēē ciuitatem
in sua potestate se se si Cesar pmitteret ad eum
in castra uenturum suas ciuitatisque fortunas ei
fidei pmissurum. Cesar et si intelligebat qua de
causa ea dicerentur queque eum res ab instituto
consilio deterreret. tamen ne estatem in treuiris
consumere cogeretur omib; ad britanicum bel
lum comparatis rebus. Induciomarum ad se
cum .cc. obsidibus uenire iussit. His adductis
in his filio propinquisque eius omibus quos nomi
natim euocauerat consolatus. Indotiomarum.
hortatusque uti in officio maneret. Nihilo tamen
secius pncipibus treuirorum ad se conuocatis hos
singulatim cingentorigi conciliauit. quod cū me
rito eius a se fieri intelligebat magis interesse ar
bitrabatur eius auctoritatem inter suos quam plu
rimum compessisset. Id tulit grauiter factum
Induciomarus suam gratiam inter suos minui et q
iam ante inimico in nos aīo fuisset multo grauius
hoc dolore exarsit. His rebus constitutis Cesar
ad portum itium cum legionibus puenit Ibi

cognoscit · Lx · naues que inbelgas facte erant tempestate
reiectas cursum tenere nō potuisse · atq eodem unde erāt
profecte reuertisse · Reliquas paratas ad nauigandum atq
omnibus rebus instructas inuenit · Eodem equitat⁹ totius
gallię conuenit numero milium iiii principesq ex omni
bus ciuitatibus · ex quibus p paucos quorū inse fidem
p spexerat relinquere ingallia reliquos obsidum lo
co secum ducere decreuerat · Quod cum ipē abesset
motum gallię uerebatur · Erat una cum ceteris du
norigis heduus de quo ante a nobis dictum est
hunc secum inprimus hr̄e constituerat quod eum cupidū
rerum nouarum cupidum imperii · magni animi · mag
intergallo auctoritatis agnouerat · Accedebat huc
quod inconcilio heduorum Dunorix dixerat ś · a
Cesare regnum ciuitatis deferri quod dictum hedui
grauiter ferebat · Neq recusandi aut depretandi
causa legatos ad Cesarem mittere audebat · Id fac
tum ex suis hospitibus cognouerat · Ille omnibus pre
cibus pmo petere contendit ut ingallia relinqueret̄ ·
ptim quod insuetus nauigandi mare timeret · ptimq
religionibus impediri se diceret · Posteaq id obsti
nate sibi negari uidit omni spe impetrandi adem
pta · pnceps gallie sollicitare se uocare singulos hor
tariq coepit uti incontinenti remanē metu territa
re nō sine causa fieri ut gallia omni nobilitate
spoliaretur id ēē consilium Cesaris ut quasi inconspectu

gallie interficere uereretur omes hos in britaniā traductos necaret fidem reliquis interponere iusiurandū poscere ut quid eēt ex usu gallie intellexisset causa consilio administrarēt hec a compluribus Cesari deferebantur qua re cognita Cesar quod tantū ciuitati hedue ciuitatis tribuat cohercendum atqȝ deterrendum quibuscumqȝ rebus posset Dumnorigem statuebat qđ longi' eius amentiam progredi uidebat prospiciendū nequid sibi aut rei pu nocer posset. Itaqȝ circiter .xxv. dies in eo loco conmoratus quod chorus uentus nauigationem impediebat qui magnam partem omnis temporis in his flare consueuit. Dabat operā ut i officio Dumnorigem contineret nihilo tam secius omia eius consilia cognosceret. Tandem idoneam nactus tempestatē milites equitesqȝ naues conscender iubet. at omnium impeditis animis Dunorix cū eqtib' heduorum a castris insciente Cesare domū discedere coepit. Qua re nunciata Cesar intermissa profectione atqȝ omībus rebus post positis magnam partē equitatus ad eum insequendum mittit rethrahiqȝ imperat si uim faciat neqȝ pareat interfici iubet. Nihil hunc se absente pro sano facturū arbitrat' qui p̄ntis imperium neglexisset. Ille enim reuocat' resistere ac se manu defendere suorumqȝ fidem implorare coepit. Sepe clamitans liberum se libereqȝ ciuitatis esse. Illi ut erat imperatum circumsistunt hoīē atqȝ

interficiunt atque equites redeuntes ad Cesarem revertuntur.
His rebus gestis Labieno in continentem cum tribus legionibus et equitum millibus duobus relicto ut portus tueretur et rem frumentariam provideret quaeque in gallia gererentur agnosceret. consiliumque pro tempore et pro re caperet. Ipse et pari numero cum quinque legionibus et pari numero equitum. quem in continenti reliquerat ad solis occasum naves solvit et leni affrico profectus est mediam circiter noctem intermisso cursu non tenuit et longius delatus aestu orta luce sub sinistra britanniam relictam conspexit. Tum rursus estus commutationem secutus rhemis contendit. ut eam partem insule caperet. qua optimum egressum superiore estate cognoverat.
Qua in re ad modum fuit militum virtus laudanda. qui vectoriis gravibusque navigiis non intermisso remigandi labore longarum navium cursum adequarunt. Adcessum ad britanniam omnibus navibus meridiano fere tempore neque in eo loco hostis est visus. Sed ut postea Cesar ex captivis cognovit cum magne manus eo convenissent multitudine navium perterrite que cum annotinis privatisque quas sui quisque comodi causa fecerat amplius octingente uno erant visae tempore a littore discesserant ac se in superiora loca abdiderant. Cesar exposito et loca castris idoneo capto ubi ex captivis cognovit quo in loco copie hostium consedissent cohortibus x ad mare relictis & equitibus ccc qui presidio navibus essent / de tertia vigilia ad hostes contendit

eo minus veritus navibus quod in litore molli atque apto de
ligatas ad anchoram relinquebat et presidem navibus Q.
Titurium pfecit. Ipse noctu progressus milia passuum
circiter XII hostium conspicatus est. Illi equitatu atque
essedis ad flumen progressi ex loco superiore nros phiber
et prelium comitter ceperunt. Repulsi ab equitatu se
in silvas abdiderunt locum nacti egregie et natura
et opere munitum quem domestici belli ut videbat
causa iam ante prepaverant. Nam crebris arbori
bus succisis omnis introitus erant pre clusi. Ipsi ex
silvis rari propugnabant nrosque intra munitiones pro
phibebant ingredi. at milites legionis VII testudine
facta et aggere ad munitiones adiecto locum ceperunt.
eosque ex silvis expulerunt paucis vulneribus accep
tis sed eos fugientes longius prosequi Cesar vetuit
et quod loci naturam ignorabat et quod magna
parte diei consumpta munitioni castrorum temp
relinqui volebat. Postridie eius diei mane tripartito mi
lites equitesque in peditionem i misit in eos qui fuge
rent prosequerent. His aliquantum itinere progressis
cum iam extremi eent in prospectu equites a Q. Atrio
ad cesarem venerunt qui nunciarent superiore nocte
maxima cohorta tempestate prope omes naves afflı
ctas atque in litore eiectas esse quod neque anchore fu
nesque subsinerent neque naute gubernatoresque vim
tempestatis pati possent. itaque concursu navium ma

gnum esse incomodum acceptum. His rebus cognitis Cesar
legiones equitatumque reuocari atque in itinere resistere iu
bet. Ipse ad naues reuertitur / eandem fere que ex nunciis lit
terisque cognouerat coram prospexit / sic ut amissis cir
citer .l. nauibus reliquae tamen posse refici magno nego
cio uiderentur. Itaque ex legionibus fabros delegit &
ex continenti alios accersiri iubet. Labieno scribit uti
quamplurimas posset his legionibus que sunt apud eum
naues instituat. Ipse et si res erat multe opere ac labo
ris tamen comodissimum esse statuit omnes naues sub
duci et cum castris una munitione coniungi / In is re
bus circiter dies .x. consumit ne nocturnis quidem
temporibus ad laborem militum intermissis subductis
nauibus castrisque egregie munitis easdem copias
quas ante presidio nauibus reliquit. Ipse eodem
unde redierat proficiscitur / eo cum uenisset maiores
iam undique in eum locum copie britanorum con
uenerant summaque imperii bellique administrandi
comuni consilio permissa est. Cassiuellano cuius fines
a maritimis ciuitatibus flumen diuidit quod appella
tur Tamesis a mari circiter passuum milia .lxxx. huic
superiore tempore cum reliquis ciuitatibus continua
bella intercesserat. Sed nostro aduentu permoti Britani
hunc toti bello imperioque prefecerant britanie pars inte
rior ab his incolitur quos notos in insula ipsi memoria
proditum dicunt maritima pars ab his qui prede

ac belli inferendi causa ex legibus transierunt. Qui om
nes fere his nominibus civitatum appellantur quibus orti ex
civitatibus / eo pervenerunt ut bello illato ibi permanserunt
atque agros colere ceperunt / hominum est infinita multitudo
creberrimaque aedificia fere gallicis consimilia. Pecorum ma
gnus numerus. Utuntur aut ere aut nummo aureo aut nul
lis ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo. Na
scitur ibi plumbum album in mediterraneis regionibus.
in maritimis ferrum sed ei est exigua copia / ere utun
tur importato materia cuiusque generis ut in gallia est preter
fagum et abietem. Leporem et gallinam et anserem
gustare fas non putant. Hec alunt tamen animi volup
tatisque causa. Loca sunt temperantiora quam in gallia re
missioribus frigoribus natura utrique. Cuius latus
unum est contra galliam huius lateris alter angulus
qui est ad cantium quo fere omnes ex gallia naves
appellantur ad orientem solem infinem inferior ad
meridiem spectat. Hoc pertinet circiter milia passuum
LXXX. alterum vergit ad hispaniam atque occidentem
solem. qua ex parte est hibernia dimidia minor ut ex
timatur quam britania. sed pari spatio transmissus atque
ex gallia est in britaniam. In hoc medio cursu est
insula que appellatur mena. Complures preterea mi
nores subiacte insule existimantur de quibus insulis non
nulli scripserunt. Dies continuos XXX sub bruma
esse noctes. Nos nihil de eo percontationibus reperiebamus

nisi tertis ex aqua mensuris breuiores esse quam in cõtinenti
noctes uidebamus. Huius est longitudo lateris ut fert illo
rum opinio septingentorum milium. Tertium est contra
septemtriones cui parti nulla est obiecta terra. sed eius an
gulus lateris maxime ad germaniam spectat. Hec mi
lia passuum ottigenta in longitudinem ēē existimabātur.
ita omīs insula in circuitu est uicies centum milibȝ
passuum. ex his omibus longe sunt humanissimi qui can
tium incolunt. que regio est maritima omnis neqȝ
multum gallica differunt consuetudine. Interios ple
rique frumēta nō serunt. sed lacte et carne uiuunt.
pellibusqȝ sunt uestiti. Omēs uero britani se uitro
inficiunt quod ceruleum efficit colorem. atqȝ ħ horri
diores sunt aspectu capilloqȝ sunt promisso atqȝ om
ni parte corporis rasa preter caput et labium supe
rius. uxores hn̄t deni duodeniqȝ inter se cōmunes
maxime frēs cum fratribus parentesqȝ cum liberis.
Sed siqui sunt ex his nati eorum habentur liberi q̄
p̄mum uirgo queqȝ deducta est. equites hostium es
sederiisqȝ acriter prelium cum equitatu nr̄o in itiner
cōflixerunt tamen ut nostri omnium partibus superiores
fuerint atqȝ omēs in siluas collesqȝ compulerint sed cō
pluribus interfectis cupidius insecuti nō nullos e suis
amiserunt. At illi intermisso spatio imprudentibus
nostris atqȝ occupatis in munitione castrorum subito
se ex siluis eiecerunt impetuqȝ in eos facto qui erant

instatione procastris conllocati acriter pugnauerunt duo
busque missis subsidio cohortibus a Cesare atque his primum
legionum duarum cum hec per exiguo intermisso loci spa
tio interse constitissent nouo genere pugne. perterritis no
stris per medios audacissime perruperunt. seque inde incolu
mes receperunt. Eo die Q. Laberius durus tribunus
militum interficitur illi pluribus submissis cohortibus
repelluntur. Toto hoc genere pugne cum sub oculis omnium
ac pro castris dimicaretur intellectum est nostros propter
grauitatem armorum quod neque insequi cedentes
possent. neque ab signis discedere auderent minus ap
tos esse ab huius generis hostem. equites magno autem
cum periculo prelio dimicare propterea quod illi et con
sulto plerumque cederent et cum paulum alegionibus
nostros remouissent et ex essedis desilirent. et pedi
bus dispari prelio contenderent. accedebat huc ut
numquam conferti sed rari magnisque interuallis preliaren
tur stationesque dispositas haberent. atque alios alii dein
ceps exciperent. integrique et recentes pro defatigatis
succederent. Postero die cum procul a castris hostes in
collibus constitissent rari se ostendere et leuius quam
pridie nostros equites prelio lacessere coeperunt.
Sed meridie cum Cesar pabulandi causa tres legiones
atque omnem equitatum cum Gaio Trebonio legato misit
et repente ex omnibus partibus ad pabulatores aduo
lauerunt. Sic uti ab signis legionibusque non absiste

rent. Nostri alacriter in eos impetu facto repulerunt, neque finem sequendi fecerunt. Quod subsidio equites confisi cum post legiones viderent precipites hostes egerunt. Magnoque eorum numero interfecto neque sui colligendi neque consistendi aut ex essedis desiliendi facultatem dederunt. Ex hac fuga protinus que undique venerant auxilia discesserunt neque post id temp(us) umquam summis copiis nobiscum hostes contenderunt. Cesar cognito consilio eorum ad flumen Tamesim i(n) fines Casuellaui exercitum duxit, quod flumen omnino uno loco pedibus atque hoc egre transiri pot(est). Eo cum venisset animaduertit alteram fluminis ripam magnas copias hostium instructas. Ripa aut(em) erat acutis sudibus p(re)fixis munita, eius demque g(e)n(er)is sub aqua defixe sudes flumine tegebatur. his rebus cognitis a captivis p(er)fugisque Cesar premisso equitatu confestim legiones subsequi iussit. sed ea celeritate et eo impetu milites ierunt cum capite solo ex aqua extarent ut hostes impetum equitum atque legionum substiner(e) n(on) possent ripasque dimitterent ac se fuge mandarent. Casuellanus ut supra demonstrauimus omni desposita spe contentionis dimissis amplioribus copiis milibus circiter IIII essadariorum relictis itinera n(ost)ra seruabat paululum ex via excedebat locisque impeditis siluestribus se se occultabat atque his regionibus quibus nos iter facturos cognouerat pecora atque ho(m)i(n)es

ex agris insulas in siluas compellebat et equitatus noster libe
rius prędandi uastandique causa se in agros eiceret omnibus uiis
semitisque essedarios ex siluis emittebat et magno cum periculo
nostrorum equitum cum his confligebat. Atque hoc metu
latius euagari prohibebat. Relinquebatur ut neque longius
ab agmine legionum discedi cęsar pateretur. Et tantum
in agris uastandis incendiisque faciendis hostibus nocere
tur quantum labore atque itinere legionarii milites effi
cere poterant. Interim Ternobantes prope firmissima
earum regionum ciuitas ex qua Mandubratius adolo
scens Cęsaris fidem secutus ad eum in continentem i
galliam uenerat cuius pater in ea ciuitate regnum
obtinuerat interfectusque erat a Cassuellano. Ipse fuga
mortem uitauerat. Legatos ad Cęsarem mittunt polli
centur se se ei dedituros atque imperata facturos. Petunt
ut mandubrachium ab iniuria Cassuellam defendat
atque in ciuitatem mittat qui presit imperiumque obtineat.
His Cęsar imperat obsides quadraginta frumentumque exer
citus Mandubratumque ad eos mittit. Illi imperata cele
riter fecerunt obsides ad numerum frumentumque miserunt
Trinouantibus defensis atque ab omni militum iniuria prohi
bitis. Cômagni Semporiaci Anchalides Bibroci Crassi le
gationibus missis se se Cesari dedunt. ab his cognoscit
non longe ab eo loco oppidum casuellani abesse siluis
paludibusque munitum quo satis magnus hominum pecorisque
numerus conuenerat. Oppidum autem britani uocant

cum siluas impeditas uallo atque fossa muniuerunt. Quo in
cursionis hostium uitande causa conuenire consuerant. Eo
proficiscitur. cum legionibus locum reperit egregie natura
atque opere munitum tamen hunc duabus partibus oppugna
re contendit. Nostri paulisper morati militum nostrorum
impetum non tulerunt se seque ex alia parte oppidi eiece
runt. Magnus ibi numerus pecorum repertus multique
in fuga sunt comprehensi atque interfecti. Cum hec in his
locis geruntur. Cassiuellanus ad cantium quod esse ad
mare supra demonstrauimus quibus regionibus quatuor
reges preerant. Cintorix Carnilius Taximangulus
Segonax nuntios mittit atque his imperat uti coactis om
nibus copiis castra navalia de improuiso adoriantur atque
oppugnent. Hi cum ad castra uenissent nostri eruptione
facta multis eorum interfectis capto etiam nobili duce
Lugatorige suos incolumes reduxerunt. Casiuellanus
hoc prelio nuntiato tot detrimentis acceptis uastatis
finibus maxime etiam permotus defectione ciuitatum
legatos per Atrebatem comium deditione ad cesarem
mittit. Cesar cum constituisset hyemare in continenti
propter repentinos gallie motus neque multum aestatis
superesset atque id facile extrai posse intelligeret
obsides imperat et quod in annos singulos uectiga
lia populo romano britannia penderet constituit. Interdicit
atque imperat Casiuellano neu Mandrubatio neu Tri
no uatibus noceat obsidibus acceptis exercitum

reducit ad mare

reducit ad mare Naues muenit refectas his deductis q̄

& captiuorum magnum nūm habebat et nō nulle tempe

state deperierant. Naues duobus comeatibus exercitum

reportare instituit ac sic accidit uti extanto nauium

numero tot nauigationibus neq; hoc neq; superior anno

ulla omīo nauis que milites portarent desiderarentur.

At ex his que naues ex continenti ad eum remitterent

et prioris comeatus expositis militibus et quas postea

Labienus faciendas curauerat numero lx p pauce

Locum caperent relique fere omes reficerentur quas

cum aliquādiu Cesar frustra expectasset ne anni tpre

a nauigatione excluderetur quod equinoctium sube

rat. necessario angustius milites collocauit ac sūma

tranquillitate consecuta secunda inita cum soluiss;

uigilia prima luce terram attigit Omēsq; incolumes

naues pduxit subductis nauibus conciliocq; Gallorum

Samathobrine p acto quod anno frumētum in gallia pp

siccitates angustius puenerat coactus est aliter ac

superioribus annis exercitum in hybernis collocare

Legiones in plures ciuitates distribuere. Exquibus

unam in morinos ducendam Gaio fabio legato de

dit. Alteram inneruios. Q. Ciceroni Tertiam in

esuos L. Rosio. Quartam in Rhemis cum Tito labi

eno in confinio treuirorum hyemare iussit. Tres in

belgis collocauit. His marcum crassum et Lucium

Muniuum Plancium et Gaium Trebonium Legatos

prefecit Vnam legionem quam proxime transpadus cō
scripserat et cohortes quinque meburonos quorum ps ma
xima est intermossam ac Rhenum qui sub imperio am
biorigis et catuolci erant. Misit his militibus . Q. Titur
ium sabinum et L. auruncoleium Cottam legatos pre
esse iussit. Ad hunc modum distributis legionibus.
facillime inopie frumentarie se se mederi posse.
existimauit. atque harum tamen omnium legionum
hyberna preter eam quam L. Roscio et quietissimam
ptem ducendam duxerat milibus passuum C con
tinebantur. Ipse interea quo ad legiones collocatas
munitaque hyberna cognouisset in gallia morari cō
stituit. Erat incarnutibus summo loco natus Targe
tius huius mores inciuitate sua regnum obtinue
rat huic Cesar pro ei uirtute atque in se beniuolen
tia quod in omnibus bellis singulari eius opera fu
erat usus maiorum locum restituerat. Tertium hūc
iam annum regnantem inimicis iam multis pa
lam ex ciuitate et his auctoribus eum interficiūt.
Defertur ea res ad cesarem. Ille ueritus quod ad plu
res ptinebat ne ciuitas eorum impulsione deficeret
L. Plancum cum legione ex belgis celeriter incar
nutes proficisci iubet ibique hyemare quorumque opa
cognouerat Tasgetium interfectum. hos com
prehensos ad se se mittere. interim ab omnib
legatis questoribusque quibus legiones ab tra

diderat certior factus est hymberna peruentum locumque hybernis esse munitum diebus circiter xv quibus in hyberna uentum est initium repentini tumultus ac defectionis ortum est ab ambiorige et catuuolco qui cum ad fines regni sui Sabino Cotteque praesto fuissent frumentaque in hyberna comportauissent Induciomari treueri nunciis impulsi suos concitauerunt subitoque oppressis lignatoribus magna manu ad castra oppugnatum uenerunt. Cum celeriter arma nostri cepissent uallumque ascendissent atque una ex parte hispanis equitibus emissis equestri prelio superiores fuissent desperata re hostes suos ab opugnatione reduxerunt tum suo more conclamauerunt uti aliqui ex nostris ad colloquium prodirent habere se se quae de re communi dicere uellent quibus rebus controuersias minui posse sperarent. Mittitur ad eos colloquendi causa Gaius Carpineius eques romanus familiaris Q. Titurii & Q. Iunius ex hispania quidam qui iam ante iussu Cesaris ad ambiorigem uentitare consueuerant. Apud quos ambiorix ad hunc modum locutus est. se se pro cesaris in se beneficiis plurimum ei confiteri debere quod eius opera stipendio liberatus esset quod aduaticis finitimis suis pendere consuesset quodque ei et filius et fratris filius ab Cesare remissi essent quos aduatuci

obsidum numeros missos apud se inseruitute et ca
tenis tenuissent. Neq; id quod fecerat deoppugna
tione castrorum aut iudicio aut uoluntate sua fe
cisse. Sed coactis ciuitatis suaq; ēē huiusmodi im
peria ut non minus haberet iuris inse multi
tudo q̄ ipse inmultitudinem ciuitati porro hanc
fuisse belli causam quod repentine gallorum con
iurationi resistere non potuerit. Id se facile
exhumanitate sua probare posse adeo quod non
sit imperitus rerum ut suis copiis po ro supera
ri posse confidat. Sed ēē ingallia comune con
silium omibus hybernis Cesaris oppugnandis
hunc esse dictum diem nequa legio alteri legi
oni subsidio uenire posset. Non facile gallos gal
lis negare potuisse. Presertim cum de recupe
randa comuni liberalitate consilium initum
uideretur quibus quoniam propietate satisfecerit
habere nunc se rationem officii probeneficiis Cesaris
monere orare Titurium prohospicio ut sue ac
militum saluti consulat magnam manum germa
norum conductam rhenum transisse hanc affore
biduo ipsorum esse consilium uelit priusq̄ finiti
mi sentiat eductos exhybernis milites aut ad
Ciceronem aut ad labienum deducere quorum alter
milia passuum circiter L alter paulo amplius ab
his absit. Illud se polliceri et iure iurando con

firmare Titum iter per fines daturum quod cum faciat et ciuitati sese consulere quod hybernis leuetur et cesari pro eius meritis gratias referre. hanc orationem habita discedit. Ambiorix. Carpineius et Iunius que audierunt ad legatos detulerunt. Illi repentina re perturbati et si ab hoste ea dicebantur tamen non negligenda existimabant. Maximeque hac re permouebantur quod ciuitatem ignobilem atque humilem Eburonum sua sponte po ro bellum facere ausum uix erat credendum.
1 Itaque ad consilium rem defferunt magnaque inter eos existit controuersia. L. Aurunculeius complures tribuni militum et primorum ordinum centuriones nihil temere agendum neque ex hybernis iniussu Cesaris discedendum existimabant quanta suis gratias magnas etiam copias germanorum posse munitis hybernis ducebant rem esse testimonio quod primum hostium impetu multis ultro uulneribus illatis fortissime substinuerunt. Re frumentaria non premi. interea ex proximis hybernis et a Cesare conuentura subsidia. Postremo quid esset leuius aut turpius quam auctore hoste de summis rebus capere consilium. Contra ea Titurius sero facturus clamitat cum maiores manus hostium adiunctis germanis conuenissent & cum aliquid calamitatis in proximis hybernis esset acceptum breuem consulendi esse occasionem. Cesare arbitrari profectum in Italiam neque aliter

carnutes interficiendi Tasgetii consilium fuisse captu
ros. Neque eburones si ille adessent tanta contemptio
ne nostri ad castra uenturos esse nostro hostem auctorem
sed rem spectare. Sub esse Rhenum magno esse ger
manos dolori Ariouisti mortem et superiores nostri
uictorias ardere galliam tot contumeliis acceptis
sub po. ro. imperio redactam superiore gloria rei mi
litaris extincta. Postremo quis hoc sibi persuaderet
sine certa re ambiorigem ad eiusmodi consilium
descendisse suam sententiam inutraque parte esse tutam.
Si nihil esset durius nullo cum periculo proximas
legiones peruenturos si gallia omnis cum germanis
consentiret. Vnam esse positam inceleritate sa
lutem. Cotte quidem atque eorum qui dissentirent
consilium quem haberet exitum. Inquo si presens
periculum non sit ac certa Longinquia obsidione
fames esset timenda ac inutraque parte disposi dis
putatione habita. Cum a cotta primisque ordinibus
acriter resisteretur uincite inquit si ita uultis
Sabinus et clariore uoce ut magna pars militum
exaudiret. Neque inquit his sum qui grauissime ex
uobis more periculo terrear. hi sapient si graui
quid acciderit abs te rationem deposcent. Qui si per
te liceat perendino die cum proximis hybernis con
iunctionem cum reliquis belli casum sustineant
non reiecti et relegati longe ab ceteris aut ferro

aut fame intereant. Consulitur ex consilio comprehendit utrumque exorant ne sua dissensione et ptinacia rem in summum periculum deducant facilem esse rem seu maneant seu proficiscantur si modo unum omnes sentiant ac probent. contra in dissensione nulla se salutem prospicere. Res disputatione ad mediam noctem perducitur. tandem dat cota manus superat sententia Sabini prima luce pronunciatur ituros. consumitur vigiliis reliqua pars noctis cum sua quisque miles circumspiceret quid secum portare posset quid ex hybernorum instrumento relinquere cogeretur omnia excogitantur. Quare nec sine periculo maneatur et langore militum et vigiliis periculum augeatur. Prima luce sic ex castris proficiscuntur ut quibus esset persuasum non ab hoste sed ab homine amicissimo Ambiorige consilium datum longissimo agmine maximisque impedimentis.

At hostes posteaque ex nocturno fremitu vigiliisque de profectione eorum senserunt collocatis insidiis bipertito in silvis oportuno atque occulto loco a milibus passuum circiter duobus romanorum adventum expectabant. et cum se maior pars agminis in magnam convallem dimisisset ex utraque parte eius vallis subito se ostenderunt novissimosque premere et primos prohibere ascensu atque iniquissimo nostrorum loco proelium committere ceperunt. Tum demum Titurius qui nihil ante providerat trepidare et concursare cohortesque disponere. Hoc

tam ipsa timide atque ut eum omnia deficere uideretur.

Quod plerumque his accidere consueuit. qui in ipso negocio consilium capere coguntur. Atque Cota qui cogitasset hec posse in itinere accidere atque ob eam causam profectionis auctor non fuisset nulla in re communi saluti deerat. Et in appellandis cohortandis militibus imperatoris et in pugna militis officia prestabat. Cum pp longitudinem agminis minus facile omnia per se obire et quid quoque loco faciendum esset prouidere possent iusserunt pronuntiari ut impedimenta relinquerent atque in orbem consisterent. quod consilium et si in huiusmodi casu comprehendendum non est tamen incomode accidit. nam et nostris militibus spem minuit et hostes ad pugnandum alacriores effecit quod non sine timore et desperatione id factum uidebatur.

Preterea accidit quod fieri necesse erat ut uulgo milites ab signis discederent. queque quisque eorum carissima habebat ab impedimentis petere atque arripere properaret clamore et fletu omnia complerentur ac barbaris consilium non defuit. Nam duces eorum tota acie pronuntiare iusserunt ne quis a loco discederet. Illorum esse predam atque illis reseruari quecunque romanis reliquissent. proinde omnia in uictoria posita existimare. Erant et uirtute et numero pugnandi pares nostri tamen et si a duce et a fortuna deserebantur. tamen omnes spem salutis in uirtute

sperarent

ponebant. Et quociens queq cohors procurrebat ab ea p̄te magnus numerus hostium cadebat. Qua re aīaduersa ambiorix p̄nuntiari iubet et p̄cul tela coiciant ne propius accedant et quam impetem roma in impetum fecerint cedant leuitate armorū et quotidiana exercitatione nihil his noceri posse rursus se ad signa recipientes insequant̄ quo precepto ab his diligentissime obseruato quom quēpiam cohors ex orbe ex processerat atq impetum fecerat hostes uelocissime refugiebat. Interim eam p̄tem nudari necesse erat et ab latere apto tela recipi. Rursus cum in eum locum unde erant egressi coeperant & abhis qui cesserant et ab his qui proximi steterant circumueniebant. Si aūt locum tener̄ uellet nec uirtuti locus relinquebatur. neq ab tanta multitudine coniecta tela conferti uitare poterant. tam tot incomodis conflictati multis uulneribus acceptis resistebant et magna parte diei cos[umpta]

Cum a p̄ma luce ad horam octauam pugnaretur. nihil quod ipis eēt indignum committebant. Tum tito baluencio qui superiore anno p̄mum pilum duxerat uero forti et magne auctoritatis utrumq femur tragula trancitur. Q. Lucani⁹ eiusdem ordinis fortissime pugnans dum circumuento filio subuenit interficitur. L. cota legatus om̄es cohortes ordinesq ad hortans in aduersum os funda uul-

neratur. His rebus p̄motus. Q. Tituri' cum ambio
rigem procul suos cohortantem cōspexisset inter
pretem suum. G. Pompeiū ad eum mittit rogatum
ut sibi militibusq; parcat. Ille appellat' respondit
si uelit secum conloqui licere sperari a multitudi
ne impetrari posse quod ad militum salutem
p̄tineat. Ipsi uero nihil nocitum iri inque eam
rem se suam fidem interponer̄. Ille cū Cota sa
utio communicat si uidetur pugna ut excedant
et cum ambiorige una colloquantur sperare ab eo
de sua ac militum salute impetrari posse. Cota
se ad armatum hostem iterum negat atq; in eo
p̄seuerat. Sabinus quos in presentia tribunos
militum circum se habebat et p̄morū ordinūq; sū
centuriones se sequi iubet. et cum p̄pius ambiori
gem accessisset rursus arma abiicere imperatū
facit suisq; ut idem faciant imperat. Interim dum
de conditionibus inter se agunt longiorq; cōsulto
ab ambiorige instituit̄ sermo paulatim circumuē
tus interficitur. Tum uero suo more uictoriam
con clamat. atq; ululatum tollunt impetuq; ī
nr̄os facto ordines p̄turbant. Ibi lucius Cota
pugnās interficitur cum magna p̄te militum.
Reliqui se se in castra recipiunt ūn erant egressi.
ex q̄bus L. Petrosidius aquilifer cum magna mul
titudine hostium premeretur aquilam in uallum

proiecit. Ipse pro castris fortissime pugnans occidit.
Alii egre ad noctem oppugnationem sustinent noctu
ad unum omnes desperata salute se ipsi interficiunt.
Pauci ex prelio lapsi incertis itineribus per siluas
ad T. labienum Legatum in hyberna perueniunt.
atque eum de rebus certis faciunt certiorem. Hac
uictoria elatus Ambiorix statim cum equitatu
in aduatucos qui erant eius regni finitimi pro
ficiscitur neque noctem neque diem intermittit pe
ditatuque se se subsequi iubet. Re demonstrata
aduatucisque concitatis postero die in neruio per
uenit. Hortaturque ne sui imppetuum liberandi
atque ulciscendi romanos pro his quas acceperint in
iuriis occasionem dimittant interfectos esse le
gatos duos. magnamque partem exercitus interiisse
demonstrat nihil esse negocii subito oppressam legi
onem / que cum cicerone hyemet interfici seque adeam
rem profitetur adiutorem. facile hac oratione
neruiis persuadet. itaque confestim dimissis ad ce
siones gerundios Leuacos plemaxios Goridinos
qui omnes sub eorum imperio sunt maximas manus pos
sint cogunt / et de improuiso ad ciceronis hyberna ad
uolant. nondum ad eum de titurii morte fa
ma perlata. et huic quoque accidit quod fuit neces
se ut non nulli milites qui lignationis munitionisque
causa in siluas discessissent repentino equitum ad

uentu interciperentur. His circumuentis magna manu Ebu
rones Neruii aduatuci atque horum omnium socii et clientes
oppugnare incipiunt. Nostri celeriter ad arma concurrūt.
Vallum conscendunt egre is dies substentatur quod om
nem spem hostes in celeritate ꝑebant. atque hanc adepti
uictoriam inperpetuum se fore uictores confidebant.
Mittunt ad Cesarem confestim ab cice littere magnis ꝑ
positis p̄miis si ꝑtulissent obsessis omnibꝫ uiis missi īter
cipiuntur. Noctu ex materia quam munitionis cā
cōportauerant turres ad modum CXX excitantur
credibili celeritate que de ēē uidebantur opi ꝑfici
untur. Hostes postero die multo maioribus coactis
copiis castra oppugnāt fossam complent eadem rōe
qua ꝑdie a nr̄is resistitur. Hoc idem reliquis de incepi
fit diebus nulla pars nocturni temporis ad laborem
intermittitur. Non egris nō uulneratis quietis fa
cultas datur quecunque ad proximi diei oppugnatio
nem opus sunt noctu comparantur. multe preuste su
des magnus muralium pilorum nr̄is instituitur
turres Contabulantur pinc lorice que ex cratibus at
texuntur. Ipe Ci cum tenuissima ualitudine ēēt ne
nocturnum sibi quidem tempus ad quietem relinque
bat ut ultro militum concursu ac uocibus sibi parce
re cogeretur. Tunc ꝑnceps ducesque neruiorū q aliquē
aditum causamque amicitie cum Cice habebant colloqui
se uelle dicunt. Facta potestate eadem que Ambiorix

cum Titurio egerat commemorant. omnem ei galliam ee
marinis germanos rhenum transire. Cesaris reliquorumque
hyberna oppugnari. Addunt et de sabini morte. Ambi
origem ostentant fidei faciende causa errare eos dicunt
si quicquam ab his presidiis sperent qui suis rebus diffidant
se se tamen hoc esse in ciceronem populumque ro. animo ut nihil
nisi de hybernis discedere et ad quascumque partes uelit
sine metu proficisci. Cice. ad hec unum modo respondit
non esse consuetudinem po. ro. accipere ab hoste armato
conditione. si ab armis discedere uelint se ad utore
utantur. Legatosque ad Cesarem mittant. Sperare pro
iustitia que petierint impetraturos ab hac spe repul
si neruii pedum viiii et fossa pedum xv. hyberna
cingunt. Hec et superiorum annorum consuetudine a nobis
cognouerant et quosdam de exercitu habebant captiuos
ab his docebantur. Sed nulla ferramentorum copia que
esse ad hunc usum idonea gladiis cespites circumcidere
manibus sarculisque terram exaurire uidebantur. Qua
quidem ex re hominum multitudo cognosci potuit.
Nam minus horis tribus milium pedum xv in circuitu
munitionem fecerunt. Reliquisque diebus turres ad al
titudinem ualli falces testudinesque quas quidem cap
tiui docuerant parare ac facere ceperunt. Septimo
opugnationis die maximo cohorto uento feruentes
fusili ex argilla grandes fundas et feruefacta
iacula in casas que more gallico stramentis erant tec

te iacere ceperunt. He celeriter ignem comprehenderunt et uenti magnitudine in omnem locum castrorum distulerunt. Hostes maximo clamore secuti parta iam atque explorata uictoria. turres testudinesque agere et scalis uallum ascendere ceperunt. at tanta uirtus militumque atque ea presentia animi fuit ut cum ubique flamma torreretur maximaque telorum multitudine premerentur suaque impedimenta atque omnes fortunas conflagrare intelligerent non modo demigrandi causa de uallo decederet nemo. sed pene ne respiceret quidem quisque ac tum omnes acerrime fortissimeque pugnarent hic dies nostris longe grauissimus fuit. Sed tamen hunc habuit euentum ut eo die maximus hostium numerus uulneraretur atque interficeretur ut se sub ipso uallo constipauerant. recessuique primis ultimi non dabant paululum quidem intermissa flamma et quodam loco turri adacta et contigente uallum tertie cohortis centuriones ex eo quo stabant loco recesserunt suosque omnes remouerunt nutu uocibus que hostes si introire uellent uocare ceperunt. Quorum progredi ausus est nemo. Tunc ex omni parte lapidibus coniectis deturbati turrisque succensa est. Erant in ea legione fortissimi uiri centuriones qui primis ordinibus appropinquarent. Titus Pullo et L. Vorenus. hi perpetuas inter se controuersias habebant quinam

ante ferretur omnibus annis de locis summis simultati
bus contendebant. Ex his Pullo cum acerrime ad mu
nitiones pugnaretur quid dubitas inquit varene
aut quem locum tue laudis virtutis spectas. Hic dies
de nostris controversiis diiudicabit. hoc cum dixisset
procedit ex castris munitiones queque pars hostium
confertissima est visa irrupit. ne vorenus quidem
se se vallo continet. sed omnium virtus extimationem
subsequitur. Tum mediocri spatio relicto pullo pilum
in hostes immittit atque unum ex multitudine procu
rentem traicit quo percusso et exanimato hunc scu
tis protegunt in hostem tela omnes coiciunt neque dant
regrediendi facultatem transfigitur scutum pulloni
et verrutum in balteo defigitur. Avertit hunc casus
vaginam et gladium educere conantis dextram
moratur manum impeditumque hostes circumsistunt.
Succurrit illi inimicus Vorenus et laboranti subve
nit. ad hunc se confestim a pullone omnis mul
titudo convertit. Illum vero obscurant occisum
gladio comminus rem gerit Vorenus dum cupidius
instat in locum deiectus inferiore concidit. huic
rursus circumvento fert subsidium bullo atque am
bo incolumes compluribus interfectis summa cum
laude se se intra munitiones recipiunt. Sic for
tuna in contentione et certamine utrumque servavit
ut alter alteri inimicus auxilio salutique esset neque

diiudicari posset uter utri uirtute anteferendus uideret.
Quanto erat indies grauior atq; asperior opugnatio et maxime quod magna parte militum confecta uulneribus defensorum res ad paucitatem puenerat. Tanto crebriores lr̃e nunciiq; ad Cesarem mittebant. Quorum pars de prehensa in conspectu nrorum militum cũ cruciatu necabantur. Erat unus intus Neruius nomine uertico loco natus honesto. Qui a pma obsidion ad Cesarem cice pfugerat suamq; ei fidem prestiterat.
Hiuius seruo spe libertatis magnisq; psuadet. premiis ut lrãs ad Cesarem deferat. Has ille in iaculo illigatas effert. et galus inter gallos sine suspitioñ uersatus ad Cesarẽ puenit. ab eo depiculo cice legionisq; cognoscitur Cesar acceptis lrĩs hora circiter. xi. diei statim nuncios in bellouacos ad Marc Cras questorem mittit. Cuius hyberna aberant ab eo milia passuum xxv. Iubet media nocte legionem proficisci celeriterq; ad se uenire. Exiit cũ nũcio Crassus. Alterum ad C. Fabium Legatũ mittit ut in attrebatũ fines et legionẽ adducat. qua sibi iter sit faciundum scribit labieno si rei pu. comodo facere posset. cum legione ad fines neruiorum ueniat reliquam ptem exercit' q paulo aberat longi' nõ putat expectandam. Equites circiter quadrigẽtos ex proximis hibernis colligit. hora circiter tertia antecursoribus de crassi

aduentu certior factus eo die milia passuum xx.
pcedit Crassum samarobrine prefecat legioneq̃ attri
buit. quod ibi impedimenta exercitus obside ciui
tatem lr̃as publicas frumentumq̃ omẽ quod eo hye
mis tollerande causa deuexerat relinquebat. Fabius
vt imperatum erat nõ ita multum moratus ĩ itiner
cum legionibus occurrit. Labienus interitu Sabini
& cede cohortum cognita cum ad eum õmes Tre
uorũ copie uenissent ueritus ne ex hybernis fuge
simile profectionẽ fecisset ut hostium impetũ sustine
re nõ posset. Presertim quos recenti uictoria
efferri sciret. Litteras Cesari dimittit quãto
cum piculo legionem ex hybernis educturus eẽt.
Rem gestam in Eburonibus pscribit. docet omnes
peditatus equitatusq̃ copias treuirorum. Tria
milia passuum longe absuis castris consedisse
Cesar consilio eius probato et si oppinione trium
legionum reiectus ad duas redierat tam unum
comunis salutis auxilium in celeritate ponebat. Ve
nit magnis itineribus in neruiorum fines ibi
ex captiuis cognoscit q̃ apud Cice. gerant quãtoq̃
in periculo res sit. Tum cuidam ex equitibus gal
lis magnis pmijs psuadet ut ad Cice. eplã defe
rat hanc grecis conscriptam lr̃is mittit ne inter
cepta epla nr̃a ab hostibus consilia cognoscãtur
si adire nõ possit monet ut tragulam cũ epla

ad amentum deligata intra munitionem castrorum abiciat.
In litteris scribit se cum legionibus profectum celeriter affore
hortatur ut pristinam uirtutem retineat. Gallus periculum
ueritus ut erat preceptum tragulam mittit. Hec casum
ad turrim adhesit neque ab nostris biduo animaduersa. Ter
tio die aquodam milite conspicitur. Dempta ad cice
defertur. Ille perlectam inconuentu militum recitat.
maximaque letitia omnes afficit. Tum fumi incendiorum
procul uidebantur que res omnem dubitationem aduen
tus legionum expulit. Galli re cognita per exploratores
res obsidione relinquunt ad Cesarem omnibus copiis
contendunt. Hec erant armatorum circiter milia. LX.
Cicero data facultate gallum ab eodem uerticone
quem supra demonstrauimus repetit. qui litteras ad Ce
sarem deferat. hunc admonet iter caute diligenterque
faciat perscribit in litteris hostes abse discessisse omnemque
ad eum multitudinem conuertisse quibus literis cir
citer media nocte Cesar allatis suos facit certiores
eosque ad dimicandum animo confirmat. Postera die
luce prima mouet castra et circiter milia passuum
iiii progressus transuallem et riuum multitudinem
hostium conspicatur. Erat magni periculi res tantulis
copiis iniquo loco dimicare. Tamen quoniam obsidio
ne liberatum Ciceronem sciebat equo animo remittendum de
celeritate existimabat consedit et quam equissimo lo
co castra potest communit. Atque et si erat exigua per se

uix milium hoīuꝫ vij· p̄sertim nullis cum impedimentis
tam angustijs uiarum quam maxime pōt contrahit
eo consilio ut insumā contentionem hostibus ueniant
Interim in omēs partes speculatoribus missis explorat
quo comodissime itinere uallem transire possit. Eo
die paruulis equestribus prelijs ad aquam factis utrꝙ
se se loco suo se cōtinēt· galli quod ampliores copias
que non dum uenerant expectabant· Cesar si forte
timoris simulatione hostes in suum locum elicē pos
set ut citra ualle procastris prelio contenderet si id
efficere nō posset ut exploratis itineribus minori
cum periculo uallem riuumꝙ transiret. Prima lu
ce hostium aequitatus ad castra accedit. Preliumꝙ
cum nr̄is equitibus cōmittit· Cesar consulto eq
tes cedere seꝙ incastra recipere iubet simul ex
omībus ptibus castra altiore uallo muniri portasꝙ
obstrui· atꝙ his ad ministrandis rebus q̄ maxe
concursari et cum simulatione agi timoris iubet·
Quibus omībus rebus hostes inuitati copias trās
ducunt acieꝫ iniquo loco constituūt· Nostris etiam
de uallo deductis proprius accedunt et tela intra
munitionem ex omībus ptibus coijciūt precombusꝙ
circummissis pronūtiari iubet· seu quis gallus seu
quis romanus uelit an̄ horam tertiā ad se trāsire·
Post id tempus nō fore potestatem· ac sic nr̄os con
tempserunt ut obstructis in spetiem portis singlis

ordinibus cespitum quod ea nõ posse intrarumpere uide
bantur. Alii uallum manu scindere. Alij fossas manu cõ
plere inceperunt. Tum Cesar omnibus eruptione facta equita
tuque emisso celeriter hostes infugam dat. Sic uti omnino pu
gnandi causa resisteret nemo. magnumque ex his nũm
occidit atque omnes armis exuit Longius prosequi uerit
quod silue paludesque intercedebant. Neque etiam paulo
Gn. pon. comodiorem in statum puenisse intelligeret
in transalpinam galliam pfectus est eo cū uenissꝫ
magna difficultate afficiebatur qua ratione ad exer
citum puenire posset. Nam si Legiones in prouinciā
accerseret se absente in itinere prelio dimicaturos
intelligebat si ipe ad exercitum contenderet

ne his quidem qui eo tempore quieti uiderentur suam
salutem recte committi uidebat. Interim Lucterius
Cadurcus in Rutenos missus eam ciuitatem aluernis
conciliat progressus in nitiobriges & bagales ab utris
usque obsides accepit et magna coacta manu in pro
uinciam narbonam uersus eruptionem facere conten
dit. qua re nunciata cesari omnibus consiliis anteuer
tendum existimauit ut Narbonem proficisceretur
eo cum uenisset timentes confirmat presidia rute
nis prouincialibus Voleis Aretomicis Tolosanibus
circumque Narbone que loca hostibus erant finitima
constituit partem copiarum ex prouincia subprouin
supplementumque quod ex italia adduxerat in helbios
qui fines aluernorum contingunt conuenire
iubet. His comparatis rebus represso iam lutero
et remoto quod intrare intra presidia periculosum
putabat in heluios proficiscitur. et si Ceuenna qui
auernos ab heluiis discludit durissimo tempore
anni diu altissima niue iter impediebat tamen
discussa niue in altitudinem pedum atque ita
uiis patefactis summo sudore militum ad fi
nes heluernorum peruenit quibus oppressis in oppi
nantibus quod se Cauenna ut muro munitos
existimabant ac ne singulari quidem unquam
homini eo tempore anni semite patuerant equi
tibus imperat ut quam latissime possint uagentur

et quam maximum hostibus inferant terrorem celeriter
hec fama ac nuncij ac uertingentorigem perferunt.
quem perterriti omnes aluerni circumsistunt atque obsecrant
ut suis fortunis consulat neue ab hostibus diripiantur
presertim cum uideant omne ad se bellum translatum.
Quorum ille precibus permotus castra ex biturigi
bus mouet pro aruernos uersus ac Cesar biduum
in his locis ~~pro motus~~ moratus quod hoc de uerci
gentorige usus uentura opinione preceperat pro
causa supplementi equitatusque cogendi e b exercitu
discedit. Brutum adolescentem his copijs prefecit
hunc monet ut in omnes partes quam latissime
equites peruagentur daturum se operam ne lon
gius triduo a castris absit. his constitutis rebus
suis inopinantibus quam maximus potest itineribus
uiennam peruenit. Ibi nactus recentem equitatum
quem multis ante diebus eo premiserat neque
diurno neque nocturno itinere intermisso per
fines hemligones contendit ubi due legiones
hyemabant ut quid etiam de sua salute ab heduis
iniretur consilij celeritate precurreret. eo cum
peruenisset ad reliquas legiones mittit priusque om
nes in unum locum cogit quam de eius aduentu a
neruijs nunciari possit. Hac re cognita Vertigen
torix rursus in bituriges exercitum reducit atque inde
profectus gorboniam Boiorum oppidum quod

ibi eluetico prelio uictos Cesar collocauerat heduisq attribuerat oppugnare instituit. Magnam hec res cesari difficultatem ad consilium capiendum afferebat si reliquam partem hyemis uno in loco legiones contineret ne stipendiariis heduorum expugnatis cuncta gallia deficeret quod ullum eo in amicis presidium uideretur positum est si maturius ex hibernis educeret ne ab re frumentaria duris subuectionibus laboraret prestare usum est tamen omnes difficultates perpeti quam tanta contumelia accepta omnium suorum uoluntates alienare. Itaque cohortatus heduos de subportando comeatu premittit ad boios qui de suo aduentu doceant hortenturque ut in fide maneant atque hostium magno animo impetum substineant. Duabus agendum legionibus atque impedimentis totius exercitus relictis ad boios proficiscitur. Altero die cum ad oppidum Senonum uel Lenonum uenisset ne quem hostem post se relinqueret quo expeditiore in frumentaria uteretur oppugnare instituit idque biduo circumuallauit. Tertio die missis ex oppido legatis deditione arma conferri iumenta produci sexcentos obsides dari iubet ea qui conficeret. G. Trebonium Legatum relinquit ipse ut quamprimum iter faceret. Genabum carnutum proficiscitur qui tunc primum allato nuncio de oppugnatione vellanodoni cum Longius eam rem ductum

iri existimarent

iri existimarent presidium genabi tuendi causa qd eo
mitterent comparabat. Huc biduo puenit castris an oppi
dum positis diei tempore exclusis inposterum oppugnatio
nem differt quaeq; ad eam rem usui sint militibus im
perat. Et quod oppidum genabum pons fluminis lige
ris continebat ueritus ne noctu ex oppido profugerét
duas legiones inarmis excubare iubet genabensis
paulo ante mediam silentio ex oppido egressi flum
transire ceperunt. Qua re p exploratores nútiata
Cesar legiones quas expeditas ee iusserat portis incé
sis intromittit ac oppido potitur p paucis ex hostiu
nuo desideratis quin cuncti caperentur quod pon
tis atq; itinerum angustie multitudinis fugam in
tercluserant. Oppidum diruit atq; incendit
predam militibus incendit exercitum Ligerim
transducit atq; in biturigum fines puenit Vercingê
torix ubi de Cesaris aduentu cognouit oppugnation
destitit. atq; obuiam Cesari proficiscitur. Ille oppidu
oppugnare instituerat quo ex oppido cum legati ad
eum uenissent oratum ut sibi ignosceret sueq; uite
consuleret ut celeritate reliquas res conficeret quia ple
raq; erat consecutus arma conferri equos produci
obsides dari iubet parte iam obsidum tradita cum
reliqua administrarentur centurionibus et paucis
militibus qui arma iumentaq; conquererent equi
tatus hostium procul uisus est qui agmen Vercingê

torigis antecesserat quem simul atque oppidani conspexerunt atque in spem auxilii venerunt clamore sublato arma capere portas claudere murum complere ceperunt. Centuriones cum in oppido ex significatione gallorum novi aliquid ab his iniri consilii intellexissent gladiis districtis portas occupaverunt. Cesar ex castris equitatum educi iubet prelium equestre committit. Laborantibus iam suos germanos equites circiter iiii submittit quos ab initio habere secum instituerat eorum impetum galli sustinere non potuerunt. atque in fugam coniecti multis amissis se ad agmen receperunt. Quibus profligatis rursus oppidani perterriti comprehensos sibi eos quorum plebem concitatam existimabant ad Cesarem produxerunt se seque ei dediderunt. Quibus confectis Cesar ad oppidum avaricum quod erat maximum munitissimumque in finibus biturigum ac agri fertilissima regione profectus est quod eo oppido accepto civitatem biturigum se in potestate redacturum confidebat. Vercingentorix tot continuis incomodis valla in noviodunum genobi Noviacum acceptis suos ad concilium convocat. docet longe alia ratione bellum esse gerendum atque antea gestum sit. omnibus modis huic rei studendum ut pabulatione aut comeatu romani prohibeantur id esse facile quod equitatu ipsi habundent et quod anni tempore sublevent pabulum secari non posse necessario dispersos hostes ex hedificiis petere. Hos omnes quotidie

ab equitibus diripi posse. preterea salutis causa rei fami
liaris comoda negligenda: uicos atque edificia incendi
oportere. Hoc spatio a Boia quoque uersus quo pabulan
di causa adire posse uideantur. harum ipsis rerum
subpetere quod quorum in finibus bellum geratur
eorum opibus subleuentur. Romanos aut inopiam
non laturos aut magno periculo longius a castris pro
cessuros neque interesse ipsos ne interficiant impe
dimentis ne exuant qui amissis bellum geri non
possit preterea oppida incendi oportere que non
munitione et loci natura ab omni sint periculo tuta.
Neu sui sint ad detractandam militiam receptacula
Neu romanis positam ad copiam commeatus predamque
tollendam. Hec si grauia aut acerba uideantur
multo illa grauius existimare liberos coniuges in
seruitute abstrahi ipsos interfici que sit necesse ac
cidere. uictis omnium consensu ac sententia probata
uno die amplius xx urbes biturigum incenduntur.
que et si magno cum dolore omnes ferebant: tamen
hoc ei solatii proponebant. quod explorata uictoria
celeriter amissa recuperaturos confidebant. Dice
batur de auaricon communi consilio incendi placeret
an defendi procumbunt omnibus gallis ad pedes bi
turiges ne pulcherrimam prope totius gallie urbem
que presidio et ornamento sit ciuitatibus suis ma
nibus succendere cogerentur. Facile se loci natura

defensuros dicunt quod prope ex omnibus ptibus flumine
et palude circumdata . unum habeat et p angustum adi
tum datur petentibus venia dissuadente primo Vercin
gentorige Post concedente et precibus ipsorum &
misericordia uulgi defensores oppido idonei dili
guntur Vercingentorix minoribus itineribus Ce
sarem subsequitur et locum castris delegit palu
dibus silvisq munitum ab auarico Longe milia passuum
xvi · Ibi p certos exploratores insingula diei opera que
ad auaricum agerentur cognoscebat et quid fieri uel
let imperabat · Omes nras pabulationes frumetatio
nes que obseruabat · dispersosq cum Longius necessa
rio procederent adoriebatur magnoq incomodo
afficiebat / Et si quantum ratione prouideri pote
rat a nostris occurrebatur ut incertis tempori
bus diuersisq itineribus iretur · Castris ad eam
ptem oppidi positis Cesarq intermissa a flumine
et a paludibus aditum ut supra diximus angustu
habebat aggerem apparare Vineas aggere turres
duas cõstituere cepit · Nam circumuallare Loci
natura prohibebat et de re frumentaria boios
atq heduos adortari non destitit / quoru alteri q
nullo studio agebant non multum adiuuabat
Alteri non magnis facultatibus quod ciuitas erat
exigua et infirma celeriter quod habuerat con
sumpserunt suma cum difficultate rei frumta

rie affecto exercitu tenuitate boiorum indiligentia
heduorum incendijs edificiorũ usqꝫ eo et complures
dies milites frumẽto caruerit. et pecore et longinq
oribus uicis adacto extremam partem substenta
rent. Nulla tam uox ab his ẽ audita po ro maiesta
te ut superioribus uictorijs indigna. Qum etiam
Cesar cum in opere singulas legiones appellaret
et si acerbius inopiam ferrent se dimissurum oppu
gnationem diceret. vniuersi ab eo ne id faceret
petebant. Sic secum plures annos imperante meruis
se. ut nullam ignominiam acciperent nusquã in
ceptare discederent. Hoc se ignominie laturos lo
co si inceptam oppugnationẽ reliquissent. Prestare om
nes pferre acerbitates q̃ incimbus romaris qui ge
nabi pfidia gallorum interissent parentarent
Hec eadem Centurionibus tribunisqꝫ militum mã
dabant ut p eos ad Cesarem deferrentur parẽ
tarent. Cum iam muro appropinquassent turres
ex captiuis cesar cognouit Vercingentorigem cõ
sumpto prelio pabulo castra mouisse proprius
auaricum atqꝫ ipũm cum equitatu expedit. seqꝫ
qui inter equites preliari consuessent insidiarum
causa eo profectum quo nostros postero die pa
bulatum uenturos arbitrabatur. Quibus rebus
cognitis media nocte silentio profectus ad hosti
um castra mane puenit. Illi celeriter p exploratores

tores aduentu Cesaris cognito carros impedimentaque sua in artiores siluas abdiderunt copias omnes in loco edito atque apto instruexerunt. Quare nunciata Cesar celeriter sarcinas conferri arma expediri iussit. Collis erat leniter ab infimo accliuis hunc fere ex omnibus partibus palus difficilis atque impedita cingebat non latior pedibus L hoc se colle interruptis pontibus galli fiducia loci continebant generatimque distributas in ciuitates omnia uada ac saltus eius paludis obtinebant. Sic animo parati ut si eam paludem romani perrumpere conarentur hesitantes premerent ex loco superiore ut qui propinquitatem loci uideret paratos prope equo marte ad dimicandum existimaret qui iniquitatem conditionis perspiceret inani simulatione sese ostentare cognosceret. Indignantes milites Cesar quod conspectum suum hostes perferre possent tantulo spacio interiecto et signum prelii exposcentes edocet quanto detrimento et quot uirorum fortium morte necesse sit constare uictoriam quos cum sic animos paratos uideret ut nullum pro sua laude periculum recusarent summe se iniquitatis condemnari debere nisi eorum uitam sua salute habeat cariorem. Sic milites consulatus eodem die reducit in castra reliquaque que ad oppugnationem pertinebant oppidi administrare instituit. Vercingentorix cum ad suos redisset perditionis in

simulatus quod castra propius romanos mouisset quod
cum omni equitatu discessisset quod sine imperio tā
tas copias reliquisset quod ei discessu romani tanta
oportunitate et celeritate uenissent. Non hec omīa
fortuitu aut sine consilio accidere potuisse regnum
illum gallie malle Cesaris consensu q̄ ipsorum hr̄e
beneficio. Tali modo accusatus ad hoc respondit q̄d
castra mouisset. factum inopia pabuli et ipsis hortā
tibus quod propius romanos accessisset psuasum
Loci oportunitate qui se ipsum munitione defenderet
equitum uero opam neq; in loco palustri desiderari
debuisse et illis fuisse uallem utilem quo sint pro
fecti summam imperio se consulto nulli discedentē tra
didisse. ne is multitudinis studio ad dimicandū
impelleretur. cui rei pp animi mollitiem studer
omēs uideret quod diutius laborem ferre nō pos
sent. Romani si casu interuenirēt fortune si alicui
indicio uocati huic habendam grām quod & pa
ucitatem eorum ex loco superiore cognoscere &
uirtutem dispicer potuerūt qui dimicari nō ausi tur
piter se in castra receperunt. Imperium se ab
Cesare p proditionem nullum desyderare q̄d hr̄e
uictoria posset que iam ēēt sibi atq; omnibus gal
lis explorata. quin etiam missis ipsis remitteret
si sibi magis honores tribuere q̄ ab se salutē acci
pere uideantur. Hec ut intelligatis inquit a me

sincere pronuntiari. audite romanos milites producit seruos. quos inpabulatione paucis ante diebus exceperat et fame uinculisq; excruciaberat. Hi iam ante edocti que in onerarios esse dicant fame et inopia adductos clam ex castris exisse siquid frumti aut pecoris iagris experire possēt. simul omnem exexratum in opia premi nec iam uires sufficere cuiq;. nec ferre operis laborem posse. Itaq; statuisse imperatorem si nihil inoppugnatione oppidi profecissent triduo exercitum educere. Hec inquit ame Vercingetorix beneficia habetis quem proditionis insimulatis cuius opera sine uestro sangbine tantum exexercitu uictorem famem cosumptum uidetis quem turpiter se ex fuga recipientem nequa ciuitas suis finibus recipiat ame prouisum est. Clamat omīs multitudo et suo more armis concrepat quod facer̄ ineo consuerunt cui' orationem approbant summū ēē Vercigentorigem ducem. nec de eius fide dubitandum nec maiore ratione bellum administrari posse. Statuūt ut x^m. hominum delecta exomibus locis inoppidum mittant̄. nec solis biturigibus comunem salutem conmittendam censent. quod penes eos si id oppidum retinuissent. summaz uictorię constare intelligebant singulari militum nostrorum uirtuti consilia cuiusq; modi gallorum occurrebant ut est sume genus solertię atq; ad omīa imitanda et efficienda

que a quoquo traduntur aptissimum. Nam et la
queis falces auertebant. quas cum destinauerant
tormentis introrsum reducebant et aggere cunicu
lis subtrahebant. eo scientius quod apud eos ma
gne sunt ferrarie atque omne genus cuniculorum no
tum atque usitatum est. Totum autem murum exomnibus
partibus turribus contabulauerant atque has coriis
contexerant. Tum crebris diurnis nocturnisque erup
tionibus aut aggeri ignem inferebant aut milites
occupatos in opere adoriebantur et nostrarum turrium
altitudinem. quantum has quotidianus agger ex
prexerat commissis suarum turrium malis adequa
bant precisa et pre acuta materia et pice feruefacta
et maximi ponderis saxis morabantur mentibusque appro
pinquare prohibebant. Muri autem omnes gallici hac
fere forma sunt. trabes directe perpetue in longi
tudinem paribus interuallis distantes interse
binos pedes insolo collocantur aere uinguntur
extrorsus ut multo agere uestiuntur. Hec autem
que diximus interualla grandibus infrontem
saxis effarciuntur. his collocatis et coagmentatis
alius insuper ordo additur ut idem illud intual
lum seruetur. neque interse contingant trabes sed
paribus intermisse spatiis singule singulis saxis
interiectis arte continentur. Sic de inceps om
ne opus contexitur dum iusta muri altitudo

expleatur. Hoc tum in spetiem uarietatemque opus de
forme nõ est alternis trabibus, ac saxis. que rec-
tis lineis suos ordines seruant. Tum ad utilita
tem et defensionem urbium summam habet opor
tunitatem, quod et ab incendio lapis et ab arie
te materia defendit que perpetuis trabibus pedes
quadragenos plerunque introrsus reuincta neque p
rumpi neque distrahi potest. His tot rebus impedi
menta oppugnatione milites cum tot tempore fri
gore & assiduis imbribus terrerent, tamen cõ
tinenti labore omnia hec superauerũt et diebus
xxv. aggerem latum pedes cccxxx. altũ pedes
lxxx. extruxerũt. Cum is murum hostium
contingeret Cesar cum ad opus consuetũ excuba
ret militesque hortaretur ne quod omnino tempus
ab opere intermitteretur paulo ante tertiam ui
giliam est aĩaduersum fumare aggerem quem
cuniculo hostes succenderant. Eodemque tempore
toto muro sublato clamore ab duabus portis ab
utroque latere turrium eruptio fiebat. Alij faces
atque arridam materiam de muro in aggerem
eminus iacebant picem reliquasque res quibus
ignis excitari pot. fundebant ut quo primum
curreretur aut cui rei ferretur auxilium uix
ratio iniri possit. Tam quod instituto cesaris semp
due legiones pro castris excubabant pluresque

ptitis temporibus erant inopere celeriter factum est ut alii eruptionibus resisterent alii turres reducerent aggeremque interscinderent. omnis uero ex castris multitudo ad restinguendum concurreret. cum in omnibus locis cõsumpta iam reliqua parte noctis pugnaretur semperque hostibus spes uictorie redintegraretur eo magis quod deustos pluteos turrium uidebant nec facile adire apertos ad auxiliandũ animaduertebant. semperque ipsi recentes defexis succederent omnemque gallie salutem nullo uestigio positam arbitrarẽtur. accidit inspectantibus nobis quod dignum memoria uisum pretereundũ non existimauimus quidam ante portam oppidi gallus per manus sepi ac picis traditas glebas in ignem e regione turris proiciebat scõrpione ab latere dextro traiectus exanimatusque concidit hunc ex proximis unus iacẽtem transgressus eodem illo munere fungebatur eadem ratione ictus scorpionis exanimato altero successit tertius et tertio quartus nec prius ille est a pugnatoribus uacuus relictus e locus quam restincto aggere atque omni ea parte submotis hostibus finis e pugnandi factus. Omnia experti galli quod res nulla successerat: postero die consilium ceperunt ex oppido profugere hortante et iubente Vercigetorige. Id silentio noctis conati nõ magna iactura suorum se se effecturos sperabant. Propterea quod neque

longe ab oppido castra vercingentorigis aberant et pa
lus que perpetua intercedebat romanos ad insequē
dum tardabat Iam hoc facere nocte apparabant cum
mr̄es familię repente inpublicum pcurrerent flentesq;
proiecte ad pedes suorum omibus precibus petierūt
ne se et comunes liberos hostibus ad supplicium
dederent quos ad capiendam fugam natura.
et uirium infirmitas impediret Ubi eos insentē
tia pstare uiderunt quod plerumq; insummo
periculo timor misericordiam non recepit con
clemare et significare romanis defuga ceperunt
quo timore pteriti galli ne ab equitatu roma
norum uie pre occupauerunt consilio destiterūt.
P ostero die Cesar pmota turri operis erectisq; q̄
facer instituerat magno chohorto hymbri nō
in utilem hanc ad capiendum consilium tempe
statem arbitratus est. quod paulo in cautius
custodias i muro dispositas uidebat. suosq; lan
guidius inopere uersari iussit. et quid fieri
uellet ostēdit legiones extra castra mocuito ex
peditas cohortatur. ut aliqn̄ ptantis laboribus
fructum uictorie pciperēt. hisq; q pmi murū ascē
dissent premia pposuit militibusq; signū dedit
I lli subito ex omibus ptibus euolauerūt murūq;
celeriter compleuerint. Hostes re noua pteriti
muro turribusq; deiecti inforo ac locis patē

patensioribus cuneatim constiterunt. hoc animo ut
si qua ex parte obuiam conueniretur acie instru
cta depugnaret. Ubi neminem in equum locū se
se dimittere. sed toto undique muro circūfundi
uiderunt ueriti ne omnino spes fuge tolleretur
ab iectis armis ultimas oppidi partes continē
ti impetu petiuerunt parsq; ibi cum angusto
exitu portarum se ipsi premerēt a militibus
pars iam egressa pars ab equitibus est interfecta.
Nec fuit quisq; qui prede studeret sic et genabi
cede et labore operis incitati nō aetate cōfec
tis non mulieribus nō infantibus pepercerūt
Denicq; ex omni numero qui fuit circiter milium
xl. uix octingenti qui primo clamore audi
to se ex oppido eiecerunt incolumes ad vercin
gentorigem peruenerunt quos ille multa iam
nocte silentio ex fuga excepit verit' ne qs
in castris ex eorum concursu et misericordia
uulgi seditio oriretur et procul in uia dispositis
familiaribus suis principibusq; ciuitandum
disperandos deducendosq; ad suos curarent.
que cuique ciuitati pars castrorum ab initio ob
uenerat. Postero die concilio conuocato cōso
lat' cohortatusq; est ne se ad modum animo
dimitterēt ne perturbarentur incomodo nō uir
tute neq; in acie uicisse romanos sed artificio

03

quodam et scientia oppugnationis cui⁹ rei fuerūt
imperiti. errare si qui in bello omēs secundos
rerum prouentus expectent sibi nūq̄ placuisse
Auaricum defendi cui⁹ rei testes ipos hr̄et. Sed
factum imprudentia biturigum et nimia obse
quentia reliquorū uti hs incomodum reciperēt.
Id tn̄ se celeriter maioribus comodis sanaturū
Nam q̄ ab reliqs gallis ciuitates dissentirent
has sua diligentia ad ūiturum atq̄ unum con
silium totius gallie effecturū. Cui⁹ consensus
ne orbis quidē terrarū possit obstare. idq̄ se
ppe iam effectum haber̄. Interea equū esse
ab his comunis salutis causa impetrari ut cas
tra munire instituere quo facili⁹ repētino hostiū
ipetus substinerēt. Fuit hec oratio nō ingrata
gallis et maxīe quod ipē animo nō defecerat. tā
to accepto incomodo neq̄ in ocultum se abdide
rat et cōspectum multitudinis fugerat pluscq̄ aīo
prouidere et psentire existimabantur quod
re integra pmo incendēdū Auaricū post de
serendum censuerat. Itaq̄ ut reliquorū im
peratorū res aduerse auctoritatē minuunt.
sic huius e contrario dignitas icomodo acce
pto indies augebatur simul in spem ueniebāt
ei⁹ affirmatione de reliquis adiūgendis ciui
tatibus pmumq̄ eo tempor̄ galli castra munire

instituerũt et sic sunt animo consternati hoĩes insueti laboribus ut omĩa que imperarentur sibi patienda existimarent nec min᷒ q̃ ẽ pollicit᷒ Vercingentorix animo laborabat ut reliquas ciuitates adiungeret. atq; eas bonis pollicitationibus alliciebat. Huic rei idoneos hoĩes deligebat. quorũ quisq; aut or̃one subdola aut amicicia facillime posset. qui auarico expugnato refugerunt armandos uestiendosq; curat simul et diminute copie redintegrarentur Imperat certum numerum militum ciuitatibus. que & quam ante diem in castra adduci uelit. Sagittariosq; oĩes quorum erat ꝑmagnus numerus in gallia conquiri et ad se mitti iubet. His rebus celeriter id q̃d auarici deperierat expletur. Interim Theuthomat᷒ colloniconis filius Rex nitiogrebium cui᷒ p̃r a senatu nr̃o amicus erat appellatus. cum magno equitũ suorum numero et quos ex aquitania conduxerat ad eum puenit. Cesar complures dies auarici cõmorat᷒ summaq; copia frumẽti reliqui comeatus nactus exercitum ex labore atq; inopia refecit. Iam prope hyeme confecta. cum ip̃o anni tempore ad gerendum bellum uocaretur et ad hostem proficisci cõstituiss; Siue eum ex paludibus siluisq; elicere siue obsidione premere posset legati ad eum principes heduorũ ueniunt oratum ut max̃ necessario tempore ciuita

ti subueniat. summo esse in periculo rem quod cum singu
li magistratus antiquitus creati atque regiam potestatem
annum obtinere consuessent duo magistratum gerant et
se uterque eorum legibus creatum esse dicat. horum esse alte
rum conuictoditanem florentem et illustrem adolescentem
Alterum coetum antiquissima familia natum atque ipsum ho
minem summe potentie et magne cognationis. cuius frater
Valetiacus proximos annos eundem magistratum gesse
rat ciuitatem omnem esse in armis diuisum senatum
diuisum populum suas cuiusque eorum clientelas. quod
si diutius alatur controuersia fore uti pars cum parte
ciuitatis confligat. id ne accidat positum in eius diligen
tia atque auctoritate. Cesar et si a bello atque hoste di
scedere detrimento suum esse existimabat. non tamen
ignorans quanta ex dissentionibus incomoda oriri
consuessent. ne tanta et tam coniuncta populo romano ciuitas
quam semper aluisset omnibusque rebus ornasset ad uim
atque arma discederet atque ea pars que minus confi
deret auxilia a Vercingentorige accesseret huic
rei preuertendum existimauit et quod legibus he
duorum his qui summum magistratum obtinerent
ex cedere finibus non liceret. ne quid de iure
aut de legibus eorum diminuisse uideretur. Ipse in
heduos proficissi statuit senatumque omnem et quos
in controuersia esse ad se etiam euocauit. Cum pro
pe omnis ciuitas eo conuenisset doceretur que paucis

clam conuocatis alio loco alio tempore atque oportuerit fratrem
a fratre renuntiatum. Cum leges duos ex una familia uiuo
utroque non solum magistratus creari uetarent. Sed etiam
in senatu esse prohiberent. Cotum imperium deponere co
egit Conuictolitanem qui per sacerdotes more ciuitatis
intromissis magistratibus esse creatus potestatem obti
nere uixit hoc decreto interposito cohortatum heduos
ut controuersiam atque dissensionis obliuiscerentur
atque omnibus comissis his rebus huic bello seruirent
eaque meruissent premia ad se deiecta gallia ex
pectarent. Equitatumque omne et peditatū milia x
sibi celeriter mitterent que in presidiis frumentarie
causa disponeret. Exercitum in duas partes diuisit
iiii^{or} legiones in senones parisiosque Labieno ducēdas
dedit. sex ipse in aruenos ad oppidum gergoniam
secundum flumen elauer duxit equitatus partem
illi attribuit partem sibi reliquit qua re cognita Ver
cingentorix omnibus interruptis fluminibus ei pon
tibus ab altera parte fluminis iter facere cepit. Cum
uterque utrimque exisset exercitus in conspectu fereque
e regione castris castra ponebant dispositis explora
toribus nec ubi effecto ponte romani copias tradu
cerent. Erant in magnis Cesaris difficultatis res ne
maiorem estatis partem flumine impediretur quod
cum flumine impediretur. quod cum fere ante au
tumnum Elauer uado transiri solet. Itaque ne id

accideret siluestri loco castris positis eregione unius eorū
pontium quos Vercingentorigx rescindendos curauerat:
Postero die cum duabus legionibus in occulto restitit
reliquas copias cum omnibus impedimentis ut consu
euerat misit demptis quibusdam cohortibus uti nu
merus legionum constare uidentur. his quam pos
sent longissime egredi iussis. Cum iam ex diei tem
pore coniecturam coeperat incastra peruentum hisdem
sublicis quarum pars inferior integra remanebat
pontem reficere coepit celeriter effecto opere legi
onibusque et loco castris idoneo delecto. reliquas
copias Vercingentorix re cognita ne cōtra suam
uoluntatem dimicare cogeretur magnis itineribus
antecessit. Cesar ex eo loco quin castris gergouiā
peruenit. Equestrique eo die prelio leui facto pspecto
urbis situ que posita inaltissimo monte omnes ad
ditus difficiles habebat de expugnatione non
prius agendum cōstituit quam rem frumentariam
expedisset. At Vercingentorix castris prope oppi
dum positis mediocribus circum se interuallis se
peratim singularum ciuitatum copias collocauerat
atque omnibus eius iugi collibus occupatis qua despi
ci poterat horribilem speciem pbebat principesque earū
ciuitatum quos sibi ad consilium capiendum de
legerat. prima luce quotidie ad se uenire iubebat
seu quid cōmunicandum. seu quid administrandum

uideretur · neq; illum fere diem intermittebat quin eq̄
stri prelio interiectis sagittariis quid in quoque esset
animi ac uirtutis suorum periclitaretur · Erat e regio
ne oppidi collis sub ipsis radicibus montis egre
gie munitus atq; ex omni parte circumcisus quem si
tenerent nostri et aque parte magna et pabulatione
libera prohibituri hostes uidebantur / sed locus pre
sidio non nimis firmo tenebatur · tamen silentio
noctis cesar ex castris egressus priusq̄ subsidio ex
oppido ueniri posset deiecto presidio potitus
loco duas ibi legiones collocauit fossamq; dupli
cem duodenum pedum a maioribus castris
ad minora perduxit ut tuto ad repentinum
hostium incursum etiam singuli commeare possent
dum hec ad gergoniam geruntur conuicto
litauis hedus cui magistratum adiudicatum a cesare
demonstrauimus sollicitatus ab aruernis pecunia cum
quibusdam adolescentibus colloquitur quorum erat prin
ceps litauicus atq; eius fratres amplissima familia
nati adolescentes cum his premium communicat horta
turq; ut se liberos et imperio natos meminerint
Heduorum unam esse ciuitatem que certissimam gallie
uictoriam destineat eius auctoritate reliquas contine
ri · qua traducta locum consistendi romanis in
gallia non fore esse nonnullo se cesaris beneficio af
fectum · sic tamen ut iustissimam apud eum causam

obtinuerit. Sed plus com̄ libertati tribuere. Cur ei hedui potius de suo iure et legibus ad cesarem di sceptaturi q̄ romam ab heduis ueniant celeriter adulescentibus et oratione magistratus et p̄mio deductis cum se uel p̄ncipes ei' cõsilii fore pro fiterentur. Ratio p̄ficiendi querebatur quod ciuitatem temere ad suscipiendum bellum ad duci posse non confidebant. Placuit ut Lictauic' x. illis milibus que Cesari ad bellum mitterētur p̄ficeretur atq̄ ea ducenda curaret frēsq̄ eius ad Cesare p̄currerēt reliqua qua rōne agi place at cōstituūt. Lictauicus accepto exercitu cum milia passuum circiter xxx ab gegornia ab ēē cōuocatis subito militibus Lacrimans quo p̄ ficiscamur inquit milites om̄is nr̄ equitat' om̄is nobilitas interiit p̄ncipes ciuitatis Eporedorix et Viridomarus insimulati proditionis ab ro m dcā causa interfecti sunt. Hoc ab ip̄is cognosci te qui ex ip̄a cede fugerunt. nam ego fratribus atq̄ omnibus meis propinquis interfectis dolore p̄ hibeor que gesta s̄t pronūctiare. Producuntur hi quos ille educauerat que dici uellet atq̄ ea dem que Lictauicus pronūtiauerat multitudini exponunt multo equites interfectos quod conlo cuti cum aluernis dicerentur ip̄os se inter mul titudinem militum ocultasse atq̄ ex media cede

fugisse

fugisse conclamant hedui et Lictauicum obsecrant ut sibi consulat qui L uero inquit consilii sit res ac non necesse sit nos gergomam contendere et cum auernis nosmet coniungere. an dubitamus quin nefario facinore admisso romani una ad nos interficiendos concurrant pro inde siquid in nobis animi est persequamur eorum mortem qui indignissime interierunt. atque hos latrones interficiamus. Ostendit ciues ro. qui eius presidii fiducia una erant magnum numerum frumenti comeatumque diripit ipsos crudeliter ex cruciatos interficiat. nuntios tota ciuitate heduorum dimittit eodem mendacio de cede equitum & principum permouet hortatur ut simili ratione atque ipse fecerit suas iniurias prosequantur.

Eporedorix heduus summo loco natus adolescens & summe domi potentie et una viridomarus pari aetate et gratia sed genere dispari que Cesar ab duiciaco sibi traditum ex humili loco ad summam dignitatem perduxerat in equitum numero conuenerant nominatim ab eo euocati. His erat inter se de principatu contentio et in illa magistratuum cōtrouersia. Alter pro conuictolitano. Alter pro Cocto summis opibus pugnauerant. Ex his Eporedorix cognito Lictauici consilio media fere nocte rem ad Cesarem defert orat ne patiatur ciuitatem prauis adoloscentum consiliis ab amicicia po. ro. deficere quod futurum prouideat

minimum si tot hominum milia cum hostibus coniunxerit quorum salu

tem neque propinqui neque ciuitas leui momento existimare
posset. Magna affectus sollicitudine hoc nuntio Caesar
quod semper heduorum ciuitati indulserat precipue
nulla interposita dubitatione legiones expeditas iiii
equitatumque omnem ex castris educit. Nec fuit spati
um tali tempore ad contrahenda castra quod res posita
in celeritate uidebatur. Fabium legatum cum legioni
bus duabus castris presidio relinquit. Fratre Licta
uici cum comprehendi iussisset paulo ante reperit ad
hostes fugisse. adhortatus milites ne nocturno tem
pore itineris labore permoueantur cupidissimis omnibus
progressus milia passuum xxv. agmen heduorum
conspicatus immisso equitatu iter eorum moratur
atque impedit interdicitque omnibus ne quemquam inter
ficiant. Eporedorigem et uirdomarum quos illi inter
fectos existimabant inter equites uersari suosque ap
pellare iubet. His cognitis et lictauici fraude perspecta
hedui manus tendere deditionem significare et proiectis
armis mortem deprecari incipiunt. Lictauicus cum
suis clientibus quibus nefas est more gallorum etiam
in extrema fortuna deserere patronos gergouiam pro
fugit. Caesar nuncijs ad ciuitatem heduorum missis qui
suo beneficio conseruatos docerent quos iure belli
interficere potuissent, tribusque horis noctis exer
citui ad quietem datis castra ad gergouiam mo
uit. medio fere itinere equites a fabio missi quatr.

res inpericulo fuerit exponit summis copiis castra oppu
gnata demonstrant. Cum crebro integri defessis suc
cederent nostrosque assiduo labore defatigarent quibus
propter magnitudinem castrorum perpetuo esset isdem in vallo
permanendum multitudine sagittarum atque telorum
omnium generum multos uulneratos ad hec sustinenda
magno usui fuisse tormenta. Fabium discessu eorum
duabus relictis portis obstruere ceteras pluteos
que uallo addere et se in posterum diem similemque
casum apparare. His rebus cognitis Cesar summo
studio militum ante ortum solis in castra peruenit
dum hec ad gergoviam geruntur hedui primis
nuntiis ab litauicto acceptis nullum sibi ad
cognoscendum spacium relinquunt. Impellit alios
auaritia alios iracundia et temeritas que ma
xime illi hominum generi est innata ut leuem
audictionem habeant pro re comparata. Bona
ciuium romanorum diripiunt cedes faciunt
inseruitutem abstrahunt rem proclinatam con — rem adiuuat
uictolitauis plebemque adfurorem impellit ut
facinore admisso ad sanitatem reuerti pudeat
M. Aristium tribunum militum iter adlegionem
facientem fide data ex oppido cabullano educunt.
Idem facere cogunt eos qui negociandi causa ibi con
stiterant. Hos continue adhorti itinere omnibus impe
dimentis exuunt repugnantes diem noctemque ob

sident. Multis utrimque interfectum maiorem multitu
dinem armatorum concitant. Interim nuncio al
lato omnes eorum milites in potestate Cesaris teneri
concurrunt ad Aristium nihil publico factu cōsilio
demonstrant. Questionem de bonis direptis decernunt
Litavici fratrumque bona publicant Legatos ad Ce
sarem sui purgandi causa mittunt. Hec faciunt
recuperandorum suorum causa. Sed contaminati
facinore et accepti impendio ex direptis bonis quod
ea res ad multos ptinebat timore poene exterri
ti cōsilia clam de bello inire incipiunt. ciuita
tes reliquas Legationibus sollicitant. Que tam
etsi Cesar intelligebat tamen quam mitissime pōt lega
tos appellat. Nihil se p inscientiam leuitatemque
uulgi grauius de ciuitate iudicare neque de sua
in heduos beniuolentia diminuere. Ipse maiorem
gallie motum expectans ne ab omnibus ciuitati
bus circumsisteretur consilia inibat quemadmodu
gergonia discederet ac rursus omnem exercitū
contrahere ne profectio nata ab timore defectio fe
nis similis fuge uideretur. Haec cogitanti accidere
uisa est facultas bene rei gerende, nam cum mi
nora castra opis pspiciendi uenisset causa aīad
uertit collem qui ab hostibus tenebatur nudatum
hominibus qui superioribus diebus uix pre
multitudine cerni poterat. Admiratus querit

exp fugis causam quorũ magnus ad eum quotidie nu
merus confluebat. Constabat inter omes quod iam
ipe Cesar p exploratores cognouerat dorsum eẽ eius
iugi prope equu. Sed huc siluestrem et angustum
quã eẽt aditus ad alteram oppidi uehementer
huic illos loco timere. nec iam aliter sentir̃ uno
colle ab ro. occupato. si alterum amisissent quin
pene circumuallati atq̃ omi exitu et pabulatiõn
interclusi uiderentur. Ad hunc muniendum om
nes a Vercingentorige euocatos. Hac re cognita
Cesar mittit quam plures equitum turmas eisdem
media nocte imperat ut paulo tumultuosius omib
locis uagarentur. Prima luce magnum numerũ
impedimentorum. ex castris detrahi mulionesq̃
cum cassidibus equitum spetie ac simulatione
collibus circumuehi iubet. His paucos addit
equites qui latius ostentationis causa uagarentur
Loco circuitu easdem omes iubet petere regiones
Haec procul ex oppido uidebantur ut erat a gergonia
despectus in castra neq̃ tanto spatio certi quid esset
explorari poterat Legionem vnam eodem iugo mittit
et progressam inferiore constituit loco siluisq̃ ocultat
augetur gallis suspitio atq̃ omes illo suspitionum co
pie traducitur. Vacua castra hominum Cesar conspi
catus tectis insignibus suorum ocultisq̃ signis milita
ribus raros milites qui ex oppido animaduerteretur

exmaioribus castris ad minora traducit legatis quod
singulis legionibus prefecerat quod fieri uelit ostēdit.
Inprimis monet ut contineant milites ne studio pugnādi
aut spe prede longius progrediant quid iniquitas loci
habeat incomodi proponit hoc una celeritate posse
mutari. occasione esse non prelii. His rebus expositis
signum dat. & ab dextra parte alio ascensu eodem
tempore ad heduos mittit. Oppidi murus ab pla
nitie atq; initio ascensus recta regione si multus
anfractus ac intercideret. mille. cc. passus aberat
quicquid huic circuit' ad molliendum cliuū acces
serat ad spatium itineris augebat a medio fere
colle in longitudine ut natura montis ferebat ex
grādibus saxis sex pedum murum qui nostrorum
impetum tarderet. pduxerant galli. atq; omī
inferiore spacio uacuo relicto superiorem ptem
collis usq; ad murum oppidi densissimus castris
compleuerant. Milites dato signo celeriter admu
nitionem puenīūt eandemq; transgressi trinis
castris potiuntur. ac fuit tanta incastris capi
endis celeritas ut theotomatus rex nitrobrogum
subito intabernaculo oppressus ut meridie cō
quieuerat superiore corporis pte nudata uulne
rato equo uix se exmanibus predantium mi
litum eriperet. consecutus id quod animo pro
posuerat Cesar receptui cani iussit legioni que

x. qua cum erat concionatus signa constituit. ac
reliquarum Legionum milites nõ exaudito sono
tube quod satis magna uallis intercedebat tamẽ
a tribunis militum Legatisq; ut erat a Cesare
preceptum retinebantur. Sed elati spe celeris uic
torie ut hostium fuga et superiorum tẽporũ secũdis
ꝑliis nil sibi arduum existimauerunt qđ nõ uir
tute consequi possent. neq; prius finem fecerũt
sequendi q̃ȝ muro oppidi portisq; appropinqua
uerunt. Tum uo ex omnibus ptibus uerbis orto
clamore. qui longius aberant repentino tumultu
pteriti cum hostẽ intra portas existimarẽt esse
se se ex oppido eiecerunt. Matresfamilie demuro
uestem aurum argentaq; iactabant & pectore
nudo pminẽtes passis manibus obtestabantur
romanos ut sibi parcerent neu sicut auarici
fecissent ne a mulieribus quidem atq; infantib;
abstinerẽt. Non nulle de muris p manꝰ demisse
se se militibus tradebant. L. Sabinus centurio
Legionis octaue. quem intersuos dixisse eo die
constabat excitari se a uaricẽsibus premijs
neq; cõmissurus ne pus quisq̃ȝ murũ ascẽderet
Tres suos nactus manipulares atq; ab his subleua
tus murum ascendit. Hos ipe rursus singulos
exceptãs in murum extulit. Interim qui ad alte
ram ptem oppidi ut supra demonstrauimꝰ mu

nitionis causa minuerant. Primo ex- audito clamore
de inde etiam crebris nuncijs incitati oppidum
a romanis teneri p̃missis equitibus magno concur
su eo contenderunt eorũ ut quisq; p̄us uenerat
sub muro consistebant suorumq; pugnãtum nũm
augebat. Quorum cum magna multitudine cõ
uenisset matresfamil. que paulo añ romanis
manus tendebant de muro suos obtestari &
more gallico passum capillum ostentare liberosq;
in cõspectum pferre ceperunt. Erat romanis
nec loco nec numero equa contentio simul et
cursu & spatio pugne defatigati nõ facile re
centes atq; integros sustinebant. Cesar cum ini
quo loco pugnari hostiumq; augeri copias uide
ret premetuẽs suis ad Titum sextum legatum
quem minoribus castris presidio reliquerat
misit ut cohortes ex castris celeriter educeret
et infimo colle a dextro latere hostium cõstitu
eret ut si nostros loco depulsos uidisset ommnus
libere hostes insequerentur terreret. Ipse paulum
ex eo loco cum legione progressus ubi cõstite
rat euentum pugne expectabat. Cum acerrime
commĩ pugnaretur. hostes loco et nũo nr̃i uir
tute confiderent. Subito sunt hedui uisi ab la
tere nr̃is apto quos cesar ab dextra pte alio as
censu man̄ distrahende cause miserat. Hi simi

litudine armorum uehementer nros pterruerunt ac tam et si dextris humeris exertis aīaduertebantur quod insigne pacatum ee consueuerat. tam id ipsum sui fallendi causa milites ab hostibus factum existimabant. Eodem tempore L. Sabinus cēturio quiqз murum una ascenderant circumuēti atqз interfecti muro pcipitabantur. Marcus Petronius eiusdem Legionis centurio cum portas conatus esset excidere a multitudine oppressus ac sui desperans multis uulneribus acceptis manipularijs suis qui illum secuti erant quoniam inquit me una uobiscum seruare nō possum uestre quidem certe saluti prospiciam quos cupiditate glorie aductus inpericulum deduxi. Vos data facultate uobis consulite simul in medios hostes irrupit, duobus interfectis reliquos a porta pabulum submouit. conantibus auxiliari suis frustra inquit mee uite subuenire conamini quem iam sanguis uiresqз deficiunt proinde obite dum facultas uosqз ad legionem recipite. Ita pugnās post paulu'ī cōcidit ac suis saluti fuit. nri cum undiqз pmerentur. Lvi. centurionibus admixis deiecti sunt loco. Sed intolleranctius gallos insequentes Legio. x. tardauit que pre subsidio paulo equeri loco constiterat. hanc rursus xiii legionis cohortes exceperunt. que ex castris in moribus educte cum T. Sextio legato ceperant locum superiorem. Legiones ubi pmum

planities attigerunt infestis contra hostes signis con
stiterunt. Vercengentorix ab radicibus collis suos itra
munitiones reduxit. Eo die sunt milites paulominus
septigentis desyderati. Postero die contione aduo
cata temeritatem cupiditatemque militum reprehēdit
quod si ipsi uendicauissent quo procedendum aut quid
agendum uideretur. neque signo dato recipiendi
constitissent. neque a tribunis militum Legatisque
retineri potuissent. Exposuit quid iniquitatis lo
ci posset. quid ipse ad auaricum senserit cum sine
duce & equitatu deprehensis hostibus exploratā
uictoriā dimisisset ne paruum modo detrimentum
incontentione propter iniquitatem Loci accideret.
quātopere eorum animi magnitudine admiraretur
quod nō castrorū munitiones nō altitudo mōtis
nō murus oppidi tardare potuisset. tanopere li
centiam arrogantiāque reprehendere. quod plus
se quam imperatorem deuictoria atque exitu re
rum sentire existimarent nec minus se in mil
le modestiam et contınētiam quam uirtutem atque
animi magnitudinem desyderare. Hac habita
contione et ad exercitum oratione confirmatis mi
litibus ne ob hanc causam animo permouerētur neu quod
iniquitas Loci attulisset id uirtuti hostium
attribuerent. Eadem de profectione cogitans
que ante senserat. Legiones ex castris eduxit.

aciemq; idoneo loco constituit. Cum Vercingento
rix nihilominus in equum locum descenderet Leui
facto equestri prelio. atq; secundo in castra exercitum
reduxit. Cum hoc idem postero die fecisset satis
ad gallicam ostentationem minuendam militumq;
animos confirmandos factum existimans heduos
mouit castra ne tum quidem insecutis hostibus
tertio die ad flumen ponte elauer reficit eoq;
exercitum traducit. ibi a uirodomaro atq; epo
rodorige heduis appellatus. Didicit cum omni
equitatu litauicum ad solicitandos heduos pro
fectum opus esse ipsos antecedere ad confirmandam
ciuitatem. et si multis iam rebus perfidiam Cesar
heduorum perspectam habebat atq; eorum discessu
ad maturari defectionem ciuitatis existima
bat. tamen eos retinendo non constituit ne aut in
ferre iniuriam uideretur aut dare suspitionem ti
moris aliquam discedentibus his breuiter in
heduos merita exposuit quos et quos humiles
accepisset et compulsos in oppida multatos agris
omnibus ereptis copiis imposito stipendio obsidi
bus summa cum contumelia extortis et quam
in fortunam quamq; in amplitudinem deduxis
set solum in pristinum statum redissent. Sed om
nium temporum dignitatem et gratiam antecessisse
uiderentur. His datis mandatis eos abse di

dimittit. Nouiodorum erat oppidum heduorum ad ripas
Ligeris oportuno loco positum. Huc Cesar omes obsides
gallie frumentum pecuniam publicam suorum atque exer
citus impedimentorum magnam ptem contulerat. huc ma
gnum numerum equorum hui belli in italia atque in italia cep
torum miserat. Eo cum eporedorix Virodomarusque ue
nissent & de statu ciuitatis cognouissent Lictauicu
Libratti ab heduis aceptum quod est oppidum apud
eos maxime auctoritatis conuictolitanem exercitu ma
gistratum magnamque ptem ad eum senatus conuenisse
Legatos ad uercingentorigem de pace & amicitia co
ciliianda publice missos no pretermittendu tantum
comodum existimauerut. Itaque interfectis nouiodo
ni custodibus qui que eo negociandi causa conuene
rant pecuniam atque equos inter se ptiti sunt obsides
ciuitatum Libratte ad magistratum deducendos
curauerunt. oppidumque a se teneri no posse iudica
bant ne quo esset usui romanis incenderunt. frum
ti quod subito potuerunt nauibus auexerut. reliquu
flumine atque incendio corruperut. Ipsi et finitimi
regionibus copias cogere presidia costodiasque ad
ripas Ligeris disponere equitatumque omnibus locis
mittendi timoris causa ostentare ceperunt. Si ab re
frumtaria romanos excludere aut aductos inopia
exprouincia expellere possent quam ad spem eos mul
tum ad iuabat quod Liger ex niuibus creuerat ut

omnino uado non posse transiri uideretur: quibus rebus cognitis Cesar maturandum sibi censuit si eet imper ficiendis pontibus periclitandum iet priusqꝫ eet ma iores eo coacte copie dimicarentur. Nam ut cômu tato consilio iter inprouinciam conuerteret id ne metu quidem necessario faciendum existimabat/cũ infamia atqꝫ indignitas rei ut oppositus mons ceuêne uiarumqꝫ difficultas impediebat. Tum maxime qd T. Labieno atqꝫ his legionibus quas una miserat ue hementer timebat. Itaqꝫ demum magnis diurnis. nocturnisqꝫ itineribus confectis contra omniũ opi nionem ad ligerim uenit uadoqꝫ p equites îuento pro rei necessitate oportuno ut brachio modo atqꝫ hu meri adsubstinenda arma liberi ab aqua ee possent disposito equitatu qui uim fluminis refringerent atqꝫ hostibus pmo aspectu turbatis incolumem exercitũ traducit frumentumqꝫ magris et pecoris copiâ nac tus repleto his rebus exercitu/iter in Senones facere instituit. Dum hec apud Cesarem geruntur Labienus eo supplemento quod nuper ex italia ue nerat relicto agendum ut eet impedimetis psidio cũ e iiii^{or} Legionibus Lucetesiam proficiscit. Id ê oppidũ parisiorum quod positum in insula fluminis sequane cui^{us} aduentu ab hostibus cognito magne exfinitimis ciuitatibus conuenerût/summam imperij tradi tur. Camuro genio Aulerco qui prope confectus

etate / tam pp singularem scientiam rei militaris ad eũ est honorem euocatus. Is cum animaduertisset perpetuam ẽẽ paludem que influeret in sequanam atque illum locum omnem magnopere impediret, hic consedit nostrosque trãsitu prohibere instituit. Labienus primo uineas agere cratibus atque aggere paludem explere atque iter munire conabatur. Postque id difficilius fieri animaduertit silẽtio e castris tertia uigilia egressus eodem quo uenerat itinere, Velledimum peruenit id est oppidum senonũ in insula sequana positum ut paulo ante de lutetia diximus deprehensis nauibus circiter L^ta. celeriterque coniũctis atque eo militibus iniectis et rei nouitate perterritis oppidanis quorum magna pars erat abellum euocat sine contentione oppido potitur.

Refecto ponte quem superioribus diebus hostes disciderant exercitum traducit & secundo flumine ad luctetia iter facere coepit. Hostes re cognita ab his qui a melodone fugerant luctetiam incendi pontesque eius oppidi rescindi iubent. Ipsi profecta palude ad ripas sequane et regione luctetie contra labieni castra considunt. Iam Cesar agergonia discessisse audiebatur. iam de heduorũ defectione et secundo gallie motu rumores afferebantur / gallique colloquis interclusum itinere & ligeri Cesarem in opia frumẽti coactum inpuinciam contendisse firmabant. Bellouagi defectione heduorũ cognita qui ante erant per se

infideles manus cogere atque aperte bellum parar cepe
runt / cum Labienus tanta rerum cõmutatione Longe
aliud sibi capiendum consiliu atque antea senserat in
telligebat neque iam ut aliquid adquireret prelioque
hostes lacesseret. Sed incolumen exercitũ in age
drugum reduceret cogitabat. Namque altera ex
pte bellouagi que ciuitas ingallia maximã habet
opinionem uirtutis instabat. Alteram camologen
parato atque instituto exercitu tenebat. Tum legiones
a presidio atque impedimitis interclusas maximũ
flumen destinebat / tantis subito difficultatibus ob
iectis ob animi uirtute auxilium petendum uide
bat / sub uesperum concilio conuocato cohortat ut ea
que imperasset diligenter industrieque administra
rent / naues quas a meodone deduxerat singulas
equitibus romanis attribuit / & pma confecta ui
gilia IIII milibus passuum secundo flumine silen
tio progredi ibique se expectari iubet quinque cohor
tes quas minime firmas ad dimicandũ esse exi
stimabant castris presidio reliquit. V. eidem Le
gionis reliquas demedia nocte cum omib impe
dimitis aduerso flumine magno tumultu pficisci
imperat / conquirit et litres has magno sonitu re
morum incitatas in eandem partem mittit. Ipse si
paulo post silentio egressus cum tribus Legionib
eum Locum petit / quo naues appelli iusserat. Eo cu

